



Caja
A-57

R. P.

ANDREAE DE ATTENÇA

Murciani ceheginensis

Societatis Iesu

De theologi

COMMENTARIA

exegetica Theorij
digressionibus & liberi
ori illustrata Paraphrasi.

IN

Epistolam ad GALATAS

B. Pauli Apostoli.

Nunc primum lucem nata.

Indicibus tribus commendata.

1. Locorum scripture sacrae.

2. Verborum & rerum notabilium.

3. Evangeliorum totius anni.

Quibus aduerti concionatores facili
inuenient, Unde valeant suas eru
ere, vel ornare conciones.



R.P.

ANDREAE

Murini

Societatis

De theologia

COMMENTARIA

in
epistolam ad
romanos

IN

Epistolam ad
Romanos

in
epistolam ad
romanos

in
epistolam ad
romanos

in
epistolam ad
romanos

in
epistolam ad
romanos

in
epistolam ad
romanos

in
epistolam ad
romanos

in
epistolam ad
romanos




Facultas Prouincialis Batua.

Igo franciscus de Aleman, Prouincialis societatis Iesu in Prouin-
 cia Batua, potestate ad id mihi facta a R. admidum P. Mutio
 Vittelescho Porposito nostro generali, facultatem concedo, ut liber com-
 mentariorum in epistolam Beati Pauli Apostoli ad Galatas
 a P. Andza de Alenza Presbitero Theologo nostro Societatis
 compositus, & eiusdem Societatis grauium, doctorum q3 virorum
 iudicio examinatus & approbatus typis excudatur. Lon quo-
 rum fidem has nostras litteras manu nostra subscriptas, &
 officij nostri sigillo munitas dedimus. granatz 23 die mensis Au-
 gusti anni millesimi sexcentissimi trigessimi tertij.

Franciscus Aleman





Ihr

Approbatio

Admodum Reuerendi Patris Petri de Vitrage Propositi domus professoris societatis lesu hispalensis.

Commentaria exegetica cum paraphrasi in epistolam ad galatas B. Pauli Apostoli per R.P. Andream de Atienza presbiterum theologum + Societatis lesu elaborata, qua inspiciendo & examinanda mihi D. Procipio doctori nonisio capus hispalensis commisit, dico nihil continere veritati aut fidei catholicae di- & Monasterate- sententiam, aut probitati morum dissentaneum; sed omnia sanctorum patrum atq; Apostolica doctrina minime consentientia quam & explicando illustans, & docendo tuentur. Quapropter ea censeo typis & luce digna, ut omnium manibus ac proserim scriptura sacra interpretum & concionatorum in com- munem utilitatem peruolentur, attentasq; mente per legantur. Dat. Hispali in hac nostra domo societatis lesu professorum, Mai. 29. An. 1635.

De Vitrage

Conuulsiu liberum para. Inprimis in forma ordinaria.

Et dr. Dionysio du Monferrate

Re D. Dionysio de Monferrate de Prouisa de cano- penae de ea qd. p. ar. de sequ. & ad op. qd. p. esse lib. in tinea & commentaria & rep. ea sep. de qz & imi. si u. a. reo. in cur. re. pena. de fund. ad ag. n. En. qz. de qz. p. & de qz. p. n. p. e.

Et dr. Dionysio du Monferrate

Da
P. Ouacema
no

171

Approbatio

Abbas et Conventus S. Petri de Viterbo Provinciae Anagninae

Compendiosa Cogitatio cum propositis et questionibus...
Hanc nos approbamus, sed donec scripturae...
S. Petri de Viterbo...
Anno Domini 1533

Jo. Baptista

Concessit Abbas et Conventus

Abbas Jo. Baptista
Conventus Jo. Baptista

Compendiosa Cogitatio cum propositis et questionibus...
Hanc nos approbamus, sed donec scripturae...
S. Petri de Viterbo...
Anno Domini 1533

Jo. Baptista
Conventus Jo. Baptista

44
Approbatio R^m P^r F^r Gonsali Pacheco
Augustiniani concionatoris regij.

Ussu Supremi Regij senatus Commentaria haec in epistola
B. Pauli ad Galatas per Reuerendum P. Andream de Atienca
Desuitam elaboratae sunt, nihil q' in eis aut orthodoxa fidei
aut optimis moribus minus consonum inuenio; imo potius sacra
scripturae germanam intelligentiam. Sanctorum Patrum accu-
ratam lectionem, & ipsius auctoris eruditionem piam; Qua pro-
pter in lucem edere sacrarum literarum studiosis commodum fore
iudicavi. haec mea censura data in Cenouio d. Philippi Ma-
tritensis Kalendis Augusti anno Domini .1635.

J. Gonsal. Pacheco

Handwritten signatures and flourishes in dark ink at the top of the page.

Faint, large handwritten signature or flourish in the center of the page.

Handwritten text in the lower left quadrant, possibly a name or address.

Handwritten text and signatures at the bottom of the page, including a large signature on the right.

7

*Ad sanctum Blasium Martyrem Pontificē
Auctoris ex voto
Elegia*

Ruricola, et Medico, Antistes celeberrime, Martyr
Inclute, dic terris, quæ tuæ vita fuit?

Ortus vbi? Munus quod? Qualis et exitus? Urbs que
Te meruit proprium prima videre Patrem?

Partibus Armeniae felici sydere natus:
Sol velut irradio lucē Sebastopolin.

Lectus sacra Deo genitori offerre sacerdos:
Doctrina vni genæ pascere iussus oues.

5 Latitia populi innumeri, plaususq; senatus,
Munera dignus obi cuncta probante Polo.

Temporibus cedens mastis tantisper ab vrbe
Secedo, solus dissita rura peto.

Argæi latito specubus longè abditus exul:
Æternum celebro laudibus usq; Deum.

Innocuæ ô fructus animæ, insontisq; senectæ.
Rustica vita hilaris, deliciosus ager:

Inter monstra quies, in nudo copia eremo.
Pax inter diras obsequiosa feras.

10. quis non miretur summi magnalia Patris?
Immensi stupeant grandia facta Ori:

Me circumstabant vrsiq; Lupiq; Leones,
Tigrides, et pardi, belluæ, et omne genus.

Obsequio prompta spectant, mitesq; silesunt,
Cum solitas Domino persequor ore preces.

Vnde neq; abscedunt, donec benedixero, et vna
Pro desiderio fecero cuiq; satis.

Christiadim gentem, cum toto extingueret orbe
Insatiabiliter Maximiana sitis.

15. Nomine demissus Proconsulis Agricolaus
Armeniam inuadit sic velut atra lues.

Aduersum Christi cultores vndiq; tractos
Sautit inhumana vi, premit arte viros.

More canum manus excurrit Prætoria, montes
Circumit, innocuis vincula sæua parat.

Omnia dum lustrant, en deuenere sub antrum
quod mihi mansuetæ circuire fera.

- Attoniti viscerem pandunt Agricolas.
Armenicis rigidius cauitibus ille magis.
20. Ite citi, clamat, religatum cluete, et omnes
Christicolas secum in vincula pertrahite.
Montis, et Argæi circumdare per iuga fines
Expediit actutum grande satellitium.
Ad me dum redeunt, Pater, ô Pater, adsumus, aicunt,
Accersite veni, rumpe aqedum morulas.
Præpes eo, ut sacrum facerem maturius, hac me
Ter monuit Christus nocte. Præite, sequor.
Promptus ego Christi numengs fidemq; fateri,
Consulis haudquaquam verba timenda creor.
25. Cuius ad horrendæ sistor cum laenig; vultus,
Trux iubet intrudi carceris in tenebras.
Dulcior hæc canibus quam cerui præda molestis,
Exiliunt, plaudunt, me violenter agunt.
Clausus in obscuris latebris, et carcere cæco,
Haud intermisi seria pensa precum.
Non ibi consuetis cessavi à laudibus; immo
Emicuit pietas largior in miseros.
Nam grauib; strictus nodis, et compede crura
Tabificis morbis saucia membra leuo.
30. Quæ fidei veræ in signum miracula facta
Per me monstrabant omnipotentis opes.
Peruolat en medici diuini fama per vrbes,
Omnibus accurrit plurima turba lacis.
Inualidis præsto vires, agrisq; salutem.
Præsenti cunctis auxiliatus ope.
Hæserat heu pueri transuerza in faucibus acris
Spinula, turba artem clamat Apollineam.
Non fert auxilium medicinae caldus Apollo,
Non fert Archiatros sæpe vocatus opem.
35. Destitit Asclepius, deflet sua pignora mater
Pusio namq; animam iam mori bundus agit.
Adproperat festina cohors, exgastula adima
Sollicitè vincti præsulis optat opem.
Magne Pater fer opem luctanti in morte pusillo
Languidula ah celeri guttura tange manu,
Ô diuina fides reparatrix vnica cærum,
Vix digito tetigit guttura Dextra manus.

Spirula mox imis e faucibus exilit extra,
Hem puer est saluus, suscipe laeta parens.

40 Cernit per fidei donum miracula praeses
Edita, sed nihilo mitior ipse manet.

Diuinas sensit vires rubus asper, acerbi
Non sensere animi numina clara Dei.

Spina timet, quem incredulus laudet timet Agricolaus
Abtulit haec homini, quam parat ille necem.

Acrior o multo sententia cus pida acuta,
Humanam Sac vitam praestitit, illa secat.

Prodigijs minimè credens caelestibus, alba
Me iubet impuro thura cremare lout.

45. Abnuo, Tentantur mea sapius aenea corda;
In cassum cedunt blanditiae atq; minae.

Deiectus porro canotam, atramq; paludem:
Nec tetigit canum, nec vorat agmen aquae

Quin pedibus pressas molles super ambulo limphas
Et sedeo in medijs fluctibus intrepidus.

Clamo, intrate viri, sodas huc ethnica turba.
Audet, et introiens turba voratur aquis.

Non resipit viso portento consub iniquis,
Ad signa haec mentis lumina clausa tenet.

50 Octo, et sex decies fidei sine lumine mersi
Ad stygij penetrant inferiora lacus.

Astuat immanis furiosi iudicis ira
Tormenta exacuit, multiplicatq; metus.

Dum mandata tamen constantius horreo dira,
Pollicita asperror, despicioq; minas.

Corpus inhumanis iubeor nudare flagellis,
Et dare pectinibus mollia membra feris.

Sanguinis exundant caso de corpore riuu,
Flumina de membris plena cruoris eunt.

55. Prodigium hie aliud mirabere mentibus atro,
quod posset duris conciliare fidem.

Matrona septem vestigia pone sequente
Irrorant nostro sanguine rorala pie.

Insignis pietas crudeli inuisa tyranno,
Impia daemonebus thura adolere iubet.

Imperij mandata trucis sic sudare tentant,
Irrident vanas sic simulachra Deor.

60. Illota tractare manu pia sacra verecundum est,
Portari manda ad stagna propinqua Deos.
Dignius ut lota faciamus corpore, iudex
Annuit, ad stagnum dat simulachra velis,
qua motu in fluctus leuiori impulsa profundas,
Pondere tracta imum mox petiisse solum.
Sustinuit molem non mollis Praxulis vnda
Labilis, et mutos obruit vnda Deos.
Ingens portentum! diuini numinis ergo,
qua vis apparet, quaeso, ubi maior inest!
O cacum pectus, cor veri luminis expers,
Caestri fallax abiq; fide ingenium.
65. Immiti iudex exclamat percitus ira,
Ac per aquas victus vincere in igne parat.
Concremet ut viuas indusia plumbea septem
Præparat ardenti sat calefacta rogo.
Ponite thus aris, secus, hæc indusia nudis
Plumbea corporibus protinus induite,
Pectinibus latera adijcite exerucianda cruantis,
Optio fit vobis ense vel igne mori.
Matronæ fortes temunt tormenta, rogosq;
Non metuunt, tradunt corpora pectinibus.
70. Defluit è plagis candens pro sanguine lac, et
Angelica euadunt vulnere sana manus.
Conglomerata omnes committunt se ionibus, illas
Non calor exurit, tangere flamma nequit.
Deniq; dissectis ceruicibus, hostia factæ
Grata Deo, pariter sidera summa petunt,
quin etiam infantes matrum vestigia præempti
Ingressi gladio colla dedere truci.
Non pueris parsit teneris inimica tyrannis
quos odio fidei ducit ad interitum.
75. O cor marmoreum, terræ viscera, pectus alienum
Lactantum immotum prurporeis lacrymis.
quid speret senium, qui talia fœnora videt.
Inculpatorum corpora strata solo.
Insontes matres pendentes obere fetus
Horribili specto tradere colla neci.
Ast ego postremus fidei, ceruice recessa,
Sanguine subscribo nobile Martyrium.

Fortis amor quantum valeat si cernitis, Suius
 Vos imitatores aduoco Christiadae.

80. Hic velut in speculo se cernere quemq̄ licebit,
 Prudenti ut mores induat arte novos.

Pastoris pastor virtute sit æmulus almi,
 Fæminæ et exemplar, quod tueantur, habent.

Et pueri pueros spectabunt, seq̄ sequetur
 Sexus matrum, ætas parua, senectâ grauis.

Quisquis at obcuris ænigmata soluere nodis
 Præscius, hic specimen det cæcus ingenij.

Cui potuit iugulo de alieno pelliere mortem,
 Cur non ceruicem seruat ab ense suam?

85. Cuspide sublata vitam dat Blasius aeri,
 Discrimen quoties guttur idem patitur.

Matronas, pueros, se non discrimine lethi
 Eripit, oro, dic quale sit istud opus?

Fortis athleta Dei potis est seruare ruentem,
 Quod fidei causa sponte mori prosperat.

Notuit ex diris Dominus descendere ligno,
 Expiat Sac hominem scilicet arte nefas.

Blasius à semet tormenta repellere dura
 Non vult, ut Christi possit adesse comes.

90. Et quicumq̄ fide pro sancta est victima factus,
 Astimet esse lucrum sub cruce sponte mori.

Immo Christiada terrestria membra proteruis
 Cum desiderijs imposueri cruci.

Insensi et quisquis fuerit sibi corporis hostis
 Languida pessundans verberare membra graui.

Is quoq̄ posthabita rediuiuus morte resurget
 Cui solium Impyreum vita perennis erit.

Anterea libri verecundas percipe voces
 Potcentis sancti Præsulis auxilium.

95. Cuius et officium et vitam profiterier optat,
 Vnâ imitaturus non leue martyrium.

Te mihi patronum opto Præsul, cuius ad umbram
 Tutus ab obscæni murmure dentis ero.

Fit saluus quicumq̄ Petri se credidit umbræ,
 Huius Sabes culmen muneris, et meriti.

Auspicio Ignati, sociorum principis almi
 Lesu me genuit sancta professa domus.

- Hispanis ingenuis me moribus imbuunt alta,
Ingenium excoluit simplicitate Bethis aqua.
100. Consensu et plausu me triplex ordo probauit,
Explicita ut Pauli dogmata casta clarem,
queis per doctores populorum instructa corona,
Cresceret in maius moribus aucta pijs.
Si nunc persequitur vulgi cacœthia prauis,
Si male dicendi non satiata sitis.
Quid? Fugiam procul ad montes, specubusue latebo,
Vnius intentus laudibus usq; Dei!
Haud sinet inuidie liuor, post antra latentem
Fruet, obscuris obruat ut tenebris.
105. Sed licet heu dura stringant mea crura catena
Atq; ligent pressas vincula cruda manus,
Occlusum septem teneant ergastula muris,
Cimmerijs tenebris Bibliotheca premat.
Compeditibus non usq; queant composcere famam,
Occulet haud lacrum bibliopola suum.
Excursu varias propero volitabo per vrbes,
Dissita Christiadium, et regna propinqua petam.
Præstitero vires agris, sippisq; salutem,
Illustrabo rudes, luce sophosq; noua.
110. Tabificis animum morbis, et membra leuaro,
Præsenti et cunctis auxiliabor ape.
Spinula transfixit fauces tibi si qua cruentas,
Dum scrutare sinus ore vel auræ meos.
Ne permittes modo in stomachum fera ropat Crinæus
Nec rabidæ ad latera more susurro canis.
Neu desperata in peius torquere medello,
Si te commissi penituit sceleris.
Martyris ad sacras aras cito confuge Blasi,
Sentibus et putri sanguine Libereris.
120. Quod si sacrilega perasuras mente perextrans,
Et stultè Momo perfida sacra facis.
Per lacera carthas, insons proscinde volumen,
Ore leomino, denteq; vipereo.
Multiplices tormenta licet, seu verbera lingue
Cassi conatus, irritaq; orsa cadent.
Tolle caput gladio, fuso defendo cruore
Paulina eximio dogmata Martyrio.

Iussa Vepriis metuit diuini praesulis aeris:

Non metuit consul Martyris imperium.

125. Consule spina fuit magis sensibilis unica dolo:

Effugit ista caput, quod lippat ille neci.
Acrior o multo vel acuta cuspidē lingua!

Haec nempe vitam substulit, illa dedit.

Cui tua persimilis detractor liuide lingua,
quae quibus hic vitam dat labor, interimit.

Ad te diffugiens tutandus conuolto ad aras
Patroni sacras Martyris ecce mei.

Cuius et auspicio tectus me ad limina Petri

Sistam prostratus Pontificis genibus.

130. O Blasi si forte meis labijs aut faucibus haesit

Spinula mandarem cum mea verba notis.

Siquis in his scriptis nouus latet absditus ater,

Opto mali praesulis medicina mei.

Haec mea quicquid habet minus utile cartha repello,

Siquid vel contra dogmata sancta leue;

Indictum decerno; via mihi sponte terendus

Communis trames, semita dia Patrum.

135. Doctorum canones veterum, et stata dogmata, sedes

Prima quod egregium significauit iter.

Hoc mihi praestitui speculum, hoc exemplar amavi,

Si minus exacte, quam rogo, da veniam.

quocirca laetusque iubensque appono volumen

Romani dignos praestitis ante pedes.

Cuius censura submissus obediō prompta

Mente; pie veneror Pontificale decus.

Fax fidei, morum lux, murus aeneus, arxque

Alta, nitela via, firma columna, salus.

Perfugium es miseris, simul es felicibus auctor,

Morte animorum illos eripis, hosque beas.

140. Ad te confugi, te prouoco, summe arbiter aequum

Postulo iudicium, te decet, ore faue.

Liber ad sanctum Blasium.

Osita ad claras orientis oras

orte, felici auspicio, Sebasto

Datus Præsul radiis iuvamen,
sol velut aureus.

Luce qui calum irradias serenum,
Nubium crassas tenebras repellis,
Factus hic fusus videat corusco
Lumine mundum.

Labra mortali invidia veneno
Tincta, linguosi furias popelli
Turbidas sancti medicis adire
Viribus ignis.

Gutturi vepres rabido cruentas
Murmuris, si qua subeunt, catelli
More ne sauli pereat susurro,
Excute Præsens.

Lato in offensis pedibus sub axe
Omnium plausu gradiar receptus
Vtilis plebi, Empyreici satori
Gratior orbis.

Laus æterna summa unitati
Et indiuidua Trinitati.

11

*Isagoge summa epistolæ
Sulci capita prætibans.*

*Molli dum digito tangere barbiton
Paulinum meditor, Pneumatis organū
Diuini eximium sonat.*

*Papæ dulce melos, suauiua cantica:
Conceptus solidos, viuuda dogmata:
quid miraris? Apostolus
Sublatus liquidas Empyreï plagas
Et verbo didicit quicquid ad ethnicos
Festiuans populos tulit.*

*Exhaustum Domini ex ore Saero eruit
Mundum quod docuit Lumen Euangelij.
O stulti Galatæ via*

*Licta præcipiti, carpente semitam
Cælorum facilem, Paulus ut admonet,
Legi mittit e nuncium.*

*Christi viuua fides, candida veritas:
In vestris vigeat mentibus vnica;
Sicut iussit Apostolus.*

*Saltus difficiles, et iuga Agarica,
Tractus Arabia linguite barbaros,
Sinai rura pauentia.*

*Absis ingenuis horrida seruitus
Peccati ex animis; vnica liberis
Mater Sara sit omnibus.*

*Legis pænaruit, supplicium exulat;
Baptismo, generis constat adoptio
Adami, et benedictio.*

*Per Chrüm soboles illa fidelium;
Isaci referens vera propaginem
Assertam pollicentis sacris.*

*Libertas Solyma splendida ciuibus
Suprema validis adueniat, iugo
Duro Moseos erutis.*

*Tu porro Solyma terrea ciuitas
Nunquam seruitio, aut crimine libera
Tandem pone iugum graue.*

*Sancti cinctorium pneumatis indue,
Impuram domita carne libidinem
Vince, ac crimina noxia.*

*Circumcisio quæ tradita patribus
Iam metas tetigit, præputium nihil
Est, quin sola valet fides:*

*Præmunita operum pondere diuitum.
Christi spiritui subditus optimis
Vades fractibus auctior.*

*Frater fratris onus portet ad inuicem,
Atq; errantem hominem leniter instruat,
Præceptum q; nouum tenet.*

*Qui se præ reliquis altius euehit
Pressus iudicij pondere sub graui
Frustra ceu rugiet Leo.*

*Sulcis vberibus semina sparserit
Præstans temporibus munera commodis
Larga pauperibus manu.*

*Indefessa suo præmia tempore,
Præsertim fidei dona domesticis
Dans cum faenore colliget.*

*Mundana petulans assecla gloria
Antiquæ pauidus Legis alumnulus
Terra laudibus æstuet.*


*At quicumq; decus collocat in cruce,
Sæclum quidquid amat mortiferum putat
Cum Christo in trabe pendulus.*

*Paulus stigmatibus corpora liuidus
Crudis vsta gerens cuncta molestia
Ducit, quæ colit ebrius.*

*Iudææ populus; Iudicium crucis
Id magni facit, id iudicat et sibi
Aternæ fore gloriæ.*

Laus Deo.





In comentarijs his nostris in epistolam ad Galatas Beati Pauli Apostoli hæc sunt à nobis diligenter curata; an prestita Lectoris esto iudicium. 1. literalis sensus vnicuiusque versus ex varijs interpretum expositionibus exquiritur: ita tamen vt potissima ratio habeatur acolutiq; et consequentiæ, quæ menti conueniat Apostoli; à qua discrepans, non ille sensum declarat, sed obscurat, et implicat, aut ineptè dissoluit, ac dissipat alioqui bene colligatas, et vnitæ sententias.

2. Comentarij connectuntur, et diffunduntur per scholia, Theorias, Digressiones, in scholis breuiter explicatur sensus, et coherentiæ cum præcedentibus, et subsequentijs; expenduntur singulæ voces; declaratur propria significatio, et loca præsentia congrua; ad Græcum textum recurritur; tropi explicantur, notantur figure rhetoricæ; indicantur allusionis, et loci similes conferuntur; et interdum aliquid ad mores vtile delibatur obiter, et quasi per transennam. Theorijs id fit, vt longiores difficultates, et questiones, siue observationes, et considerationes, quæ ad maiorem explicationem necessarij sunt, aut aliquid emolumenti afferunt, seorsim discutiantur, ac tractentur; ne prolixitate impeditiora sint scholia, quæ breuitatem amant. In his Theorijs sepius offertur copia concionatoribus ad mores auditorum conformandos. sed Digressiones sunt, quasi excursiones quædam pleniores, in quibus sumpta occasione rei præsentis (non quod literæ exigat explanatio vt in Theorijs, sed vt materia suppedietur ad concionandum) ita excursus fit, vt vel integræ conciones offerantur. Quod factum, vt tempori seruiatur, et auaritiæ (vt sic loquar) quorundam ex recentioribus copiam sufficiamus ad suas implendæ conciones; ne fortè ieiunitate, et ariditate commentariorum ab eorum lectione abigantur. quam hæc quidem epistola tam est ad mores comparata, et accommodata, vt non nunquam singuli versus singulas contineant conciones. Aliquando etiam Digressiones fiunt ad materiam aliquam tractandam aut philosophiæ, aut theologiæ, aut alterius facultatis, quæ longiorem postulare videatur discussionem, et non sit aliena à re proposita, vt de fascinatione, de circumcissione, et.

3. Paraphrasi accurata, et paulo longiori, ac diffusiori omnia, et singula sex capita exponuntur. Ex qua id fructus colligetur, vt et facilius series rerum, atq; acolutia discernatur, et citius, qui obinopiam temporis properat, sensum genuinum percipiat; imo qui acriori valet ingenio etiam difficultates obuias percalleat. Est enim hæc paraphrasis quasi breuæ longioris comentarij summarium.

4. Tres indices ad finem adijciuntur. Primus locorum scripturæ sacræ, qui in comentarijs explicantur vel obiter, vel expresso, et hi satis multi. Alter rerum et verborum memoria digniorum accuratè confectus. Tertius Euangeliorum pro concionatoribus locupletissimus. In quo tria assignantur puncta pro qualibet Dominica, feria, Festiuitate totius anni, siue aduentus, siue quadragesimæ, siue paschalis, siue proprium, siue commune sit euangelium. Sepius etiam integræ conciones proponuntur.

5. De stilo, et ratione dicendi id animaduertendum, non affectasse quidem exprimere Romanum oratorem, nec authorem in M. Tullij verba iurasse, sed hoc modo attendisse ne dictio, et loquendi ratio esset contemnenda; quin potius lectorem non rudem, aut infantem posset allicere, aut tenere non inuitum. Verum maior cura rerum, quam verborum habita est; prout decuit sacræ scripturæ expositorem fidelem, et populi Christiani piûm oratorem.

Conceptus auribus vulgi lenocinia facientes non aggerandos curauimus: solidiorem doctrinam
consectati sumus, Sanctorumque patrum, et doctorum interpretum vestigijs insistentes, ea in lucem
proferenda duximus, quae et Apostoli verbis lucem darent, et animarum curatoribus idoneam ma-
teriam praeberent. unde cum fructu, et absque iactura temporis possint multis prodesse. Hi
scilicet commentarij ita sunt, ex 40. et interdum pluribus authoribus concinnati, ut quicquid
in illis omnibus sparsim, et cum non exiguo labore querendum fuisset, in hoc uno volumine con-
iunctim, et facile queat inueniri: nullosque labore, aut modica opera colligi, ad usumque deduci.

~~in scriptura~~

~~De quibus affectibus abundantius tractatum p. 25.~~
Alia p. 25. xxxix. s. Rando. Nondum
deducta.

De secretis acce. significatione
et de quibus ex scriptura per
p. 172

~~De regale nra~~ p. 172

De de hore p. 172

De de significatione p. 172

Vinea

~~Sacellum lucorum, qui citantur in~~

Themia

Syllabus Auctorum, qui citantur in his commentarijs. Qui Soc. Asteris
co* signati sunt, scripserunt vel commentaria, vel scholia, vel notas, vel
paraphrasim, vel partitiones in Sanc. epistolam ad Galatas, vel eam de Gre-
co transtulerunt, quos ad huc peruidimus; Sorum non citamus loca, quia
sunt in eodem sensu; ceteris vsi sumus pro opportunitate, et necessitate oc-
currente secundum varietatem rerum, et disputationum; quorum certalo-
ca librorum semper citamus.

A.

- Abrahamus Ortheus Antuerpianus Geogra-
phus. 1570 anno Christi Viuebat.
- * Adamus Sasbout Delphtus Franciscanus Eius
commentarij in epistolas Paali magni Asti
mandi. 1540 anno Christi Viuebat.
- Aegidius Romanus Columnensis Augustinia-
nus Episcopus Bituric. 1280 anno Chri Viuebat.
- Alba Carthusiensis. 1612.
- Albertus Magnus Dominicanus Episcopus Pa-
tisponensis. 1263.
- Albinus Alcuinus Anglus Beda discipulus
Caroli Magni preceptor Abbas Turonens. 780.
- Alexander ab Alexandro Maris peritus Neapo-
litanus scripsit dies geniales. 1480.
- Alexander Aphrodisicus philosophus Peripateti-
cus primus Aristotelis commentator. 208.
- Alfonus de Castro Franciscanus. 1540
- * Alfonso Salmeron Toletanus ex primis funda-
toribus Societatis Iesu. Egregie sunt eius comen-
taria in epistolas S. Pauli. 1580.
- Alfonus Tostadus de Madrigal episcopus Abi-
lensis. 1440.
- ~~Alfonus Tostadus de Madrigal episcopus Abi-
lensis. 1440.~~
- Aloysius Hippomanus episcopus Veronensis. 1550.
- Ambrosius Ansbertus Monachus. 890.
- Ambrosius Calepinus.
- * Ambrosius Catharinus Dominicanus Episcopus
Compede. scripsit Commentaria in epistolas
S. Pauli magno iudicio elaborata. 1540.
- * Ambrosius Mediolanensis episcopus, cuius
tamen Commentaria in epistolas S. Pauli non
omnino sapiunt stilum aliorum commentario-
rum, quia in alias partes sacre scripture elabo-
rauit, non tamen sunt contemnenda. 380. Be-
larminus Cardinalis satis probabiliter ostendit

- non esse Ambrosij, sed potius Hilarij
Romani Diaconi, qui Lupiferi schisma
propagauit. scripsit q3 sub Damaso ad
annum fere 372. quo anno S. Ambrosi-
us ~~Mediolanensis Presbiter Chrono-~~
~~graphus Philippus~~ non dum creatus
fuerat epus. V. Belar. de script. Ecclie.
- Ambrosius Morales Cordubensis Presbi-
ter Chronographus Philippi II. 1580.
- ~~Ambrosius Morales~~
- Andreas Laurentius. 1520
- Andreas Massius Bruxellensis scrip-
sit in Iosue. 1590
- Andreas Placus author damnatus, ■
eius lexicon scripturę permissum. 1590.
- Anselmus Laudunensis auctor Glose
* Interlinearis. 1087.
- * Anselmus Cantuariensis episcopus. 1081.
sed Commentaria, que eius nomine
feruntur, attribuenda Henrico Do-
minicanorum Gñali Magistro probat
Belarminus Card. de script. Ecclie.
- * Antonius Scaynus in eplis S. Pauli. ■
- Aquila Sysopgus Translationis 2. auc-
tor ex Christiano Iudęus, et hostis Ch-
risti. 120.
- Aristoteles Stagirita anno ante Ch-
ristum ~~320~~ ³²⁰ sub Alexandro Magno,
cuius fuit preceptor
- S. Athanasius Epus Alexan. Doctor
Ecclie claruit anno 340 Chri.
- * S. Augustinus Epus Hipponensis Doc-
tor Ecclie. 409. In epistola ad Ga-
lat. scripsit librum unicum. Item ex-
positionem inchoatam sup ad Rom.
que nos curiose euoluimus.



Augustinus Eugubinus Epus. Bisamus Bibliothecarius Apollus. 1542.

Inferditur
post negotij
occupam,
nocte duci
pulos eru
libat.

Auicena Rex Cordobae in Hispania, et medicus peritissimus Mahometanus. 1151.

Aulus Gallus Romanus orator. 145.

Aurelius Cassiodorus, ex Senatore Romano Monachus. 530.

Alon Junis peritissimus.

Bartholomeus de Medina Vnicanus. 1580.

S. Basilius Magnus Epus Casariensis in Capadocia Doctor Ecclesie. 370.

* Beda Venerabilis Presbiter Anglicus. 731. collegit ex Aug. multa in Epist. S. Pauli.

S. Benedictus Abbas. 524.

* Benedictus Arias Montanus, in omnes Epist. S. Pauli scripsit annotationes. 1606.

Benedictus Pereirus Valentinus ex Societate Iesu. 1606. scripsit in Gen. In Apo. & ^{ad Rom.} ^{ad Alia.}

* Benedictus Iustimianus Genuensis ex S. I. scripsit Commentarios in omnes ^{Epist. S. Pauli.} 1620.

S. Bernardus Abbas Clara Vallis. 1130.

Blasius Viegas Lusitanus ex S. I. scripsit in Apoc. S. Ioan. 1600.

* S. Bruno Carthusiensis in patriarcha. 1088. scripsit Commentaria, quibus visum in ep. S. Pauli.

S. Burchardus Epus Vormaciensis auctor 20. Librorum Decretorum. 1010.

C.

C. Cornelius Tacitus vir Consularis Historicus sub Traiano floruit. 110.

Cesar Baronius Cardinalis ex Congregatione Oratorij. 1606. Notissimi cum Annals.

Chaldaeus paraphrastes. V. Tongum.

Carolus Sigomus Mutinensis Latine lingue professor Bononiz. 1580.

Cathechismus Pij V. 1570 in lucempolis.

Catullus poeta Veronensis ante Chr. 51.

Celsus medicina peritus contra quem scripsit Origenes sub Traiano 103.

Chrysippus philosophus

Christophorus de uirho S. I. scripsit in Hieronim. & proph. min. & Vita S. Mariae semper Virg. 1603.

Cicero D. Complutensis. 1550

* Claudius Guilielmus Bellioensis in Omnes Epist. S. Pauli. 1550.

* Claudius Baredithinus & Taurinensis Epus ex Hieronymo & Augustino con texus commentarium in Epistolam ad Galatas, ut habetur in Bibliotheca pp. 700. Claudius Ptolomaeus Pelusiensis seu Alexandrinus astronomus & Geographus sub Antonino Pio. 153.

Clemens Alexandrinus Presbiter Magister Originis. 204.

S. Clemens Romanus P. M. quartus a Petro. 93.

~~Clodius~~

* Cornelius Cornelij a Lapide ex S. I. scripsit optimos Commentarios in omnes S. Pauli Epist. 1620.

Cornelius Iansenius Epus Gandauensis. 1580.

Cornelius Tacitus sub Traiano V. Caes.

Constantinus Magnus Imperator. 303.

Coronas Magallianus Lusitanus Braccarensis ex S. Iesu. 1612.

S. Cyprianus Epus Carthaginensis in Africa Martyr. 256.

S. Cyrillus Alexandrinus Epus. 430.

S. Cyrillus Hier. D. Rosolymitanus Epus. 365.

Decretum. V. Burchardus, et Gratianus.

Decretales

Digestum ex Ulpiano refertum est magna ex parte. V. Justinianus.

S. Dionysius Areopagita Epus, et Martyr. 70.

* Dionysius Carthusianus Belga scripsit in omnes Libros scripturae sacrae. 1450.

Dion Cassius historicus. 230.

Dominius Soto Vnicanus in Epist. ad Rom. 1550.

Domitius Ulpianus Romanus iuris interpretis

Papiniani discipulus Alex. Impor. a Consilijs

Sostis Christianorum capitalis. 227.

Donatus Grammaticus Magr. S. Hieronymi. 370.

F

Egesippus Iudaeus Historicus. 160.

* Emanuel Sa ex S. Iesu. 1580. scripsit in totam scripturam sacram breuissimè.

Enchyridion Psalmodum. V. Ioa. Campensis.

S. Ephren Syrus diaconus Edesenus. 363.

S. P.

S. Epiphanius Epus Salaminus in Cypro. 370.
 Erasmus Roterodamus, transtulit e Græco testa-
 mentum nouum, et scholijs elucidauit. 1500.
 Eucherius Epus Lugdunensis. 440.
 Eusebius Pamphili Epus Cæsariensis. 320.
 Eustatius Epus Thesalonicensis. 1180.
 Euthymius Nigabonus monachus. 1118.
 Eutropius Sophista Italus historicus sub Valen-
 te Imperatore. 370.

* Jac. Faber Stapidensis philosophus celeberrimus decus Gallie in Epist. Pauli. 1521.

Al.

Flavius Iustinianus Imperator auctor Legum
 Ciuilium Digestorum Codicis voluminis etc. 550.
 Franciscus Ferrariensis Dnicanus Gnialis. 1500.
 Franciscus Foreirus Lusitanus Dnicanus. 1560.
 Franciscus Petrarcha Florentinus archidia-
 conus Parmensis. 1370.
 Franciscus Sanchez. 1590.
 Franciscus Toletus Cordubensis ex S. Iesu Cardi-
 nalis. In epist. ad Rom. et in Luang. Lucq, et Ioan-
 nis. 1590.

* Franciscus Titelmanus Franciscanus. Paraphra-
 sim edidit in omnes epistolas S. Pauli. 1540.
 Franciscus Turrianus ex S. Iesu. 1590.
 Franciscus Valles Protomedicus Philippi. 11. Re-
 gis Hispaniarum. 1580.
 * Franciscus Vatablus auctor dictus nouæ Trans-
 lationis Bibliorum, et annotationum. 1548. V. Tigurina.
 * Franciscus Xuares Granatensis ex S. Iesu. 1620.
 Fulgentius Carthaginensis Epus Ruspensus. 509.

* Gabriel Vaguer Belmontanus. 1606. ex S. Iesu
 scripsit paraphrasim, et annotationes in epist.
 S. Pauli. et totam Theologiam multum illustrauit do-
 lumimbuz.
 Galenus medicæ artis peritissimus sub Antonino
 Pio. 163.

Gaspar Sanchez ex S. Iesu. 1620. Centum puteolanus
 scripsit in variis ss. Libros. Alter a Granatensi qui
 dedit Tomos concionum duos. et Viuit anno 1580.

Gennadius Massihensis Presbiter, et Epus. 490.
 Georgius Cedrenus Græcus historicus. 1070.

* Georgius Eacrus Consiliarius Ferdinandi, et Ma-

ximiliani imperatorum. 1560. Per partibnes
 exposuit totam scripturam.

Gilbertus Genebrardus Epus Parisiensis. 1580.
 Glossa Interlinearis. V. Anselmus.

Glossa ordinaria V. Strabus.

Gofridus Cardinalis. 1101.

Gratianus Clusinus Benedictinus auctor
 Decreti. 1145.

S. Gregorius Magnus P. M. et E. D. 600.

S. Gregorius Narianus Epus Constan-
 tinopolitanus E. D. 370.

S. Gregorius Nisenus Epus. S. Basilij frater. 380.

Gregorius de Valentia ex S. Iesu Hispanus
 Methinensis. 1600.

Guillelmus Budæus regius consiliarius
 Parisiensis. 1530.

Guillelmus Parisiensis Epus. 1240.

* Gutterrius Trexo Placentinus Fran-
 ciscanus scripsit commentaria in om-
 nes Epist. S. Pauli. 1550.

H.

Haimo Epus Halberstatensis Alouini
 discipulus. 850.

Hieronymus Olearius Lusitanus Dnicanus 1536.

* S. Hieronymus Stridonensis D. Ecclesie. 390.
 scripsit in epistolam ad Galat. satis lon-
 ga commentaria. quæ autem ei ad-
 cribuntur breuiora in omnes Epist. S.
 Cardinalis Pelarminus ostendit non
 solum non esse Hieronymi, sed potius
 esse Pelagij Heresiarchæ.

Hector Pintus Lusitanus Hierony-
 mianus. 1570.

~~Hieronymus Ratus Diaconus ex
 societate. 1595. obiit Roma.~~

* Horueus Natalis Brito Dnicanus. 1320. Fuit
 Magister Gnialis. V. S. Anselmus.

Hieronymus Osorius Epus Syluensis. 1570.

* Hieronymus Seripandus Card. 1550.
 scripsit commentaria in epist. ad Galat.
 quæ mihi usui fuere.

~~Hieronymus Panis Diaconus obiit
 Roma 13 Ianuarij 1595.~~

Hieronymus de Prado Biacensis ex S. I.
 obiit Roma 13 Ian. 1595.



+ *Archiepiscopus Turonensis* 1129.
 S. Hilarius Pictaviensis epus. D. eximius. 375.
 Hilalbertus <sup>ex illis triginta, quorum sum-
 unis collegit lib. alygriarum ex eius 1520</sup>
 Homerus princeps Poetarum Grecorum antech-
 ristum natum. 836.
 Floratius Poeta Lyricus, et Satyricus ante
 natum Christum anno 6.
 * Hugo de S. Caro Burgundus Vnicanus Cardi-
 nalis, 1245. scripsit in tota Biblia, et ex co-
 mentarijs in epist. ad gal. nos aliqua mutati-
 sumus.
 * Hugo de S. Victore Saxo Abbas. 1130. Sabet
 aliquas questiones in epist. ad Galatas.
 Hippocrates inter medicos peritissimus, ante
 natum Christum anno. 476.

I

~~Natus in ...~~
 S. Ignatius Martyr epus a S. Petro. 3. Antioche-
 nus, passus sub Traiano anno Dni. 111.
 Joachimus Abbas Florentis. 1195.
 Joannes Baptista Villalpandus Cordubensis. 1606.
 * Joannes Arboranus D. Sorbonensis Lauduno ori-
 undus. 1550. in epist. S. Pauli
 Joannes Aler Sorcitanus ex S. Iesu. 1590.
 Joannes Campensis auctor Enchyridij. 1332. S.
 * Joannes Cassianus Presbiter Massiliensis. 440.
 cum prius fuisset Diaconus S. Chrysostomi Cons-
 tantinopoli.
 * S. Joannes Chrysostomus Epus Constantino-
 politanus D. Ecclens. 398. Scripsit in omnes
 epist. S. Pauli, cuius interpretationem nos
 maximi estimavimus.
 S. Joannes Damascenus ex Preside seculi
 monachus Christi. 791.
 Joannes Fernandes Toletanus ex S. Iesu. 1598.
 Joannes Ferus Teutonicus Franciscanus. 1536.
 apud Moguntiam primus concionator.
 * Joannes Gagnarius in omnes epist. S. Pauli
 scholia scripsit. 1534.
 Joannes Gerson monachus Cisterciensis, et Can-
 cellarius Parisiensis. 1420.
 Joannes Lorinus ~~Abbas~~ Auenionensis ex
 S. Iesu in ss. multa scripsit. 1620.
 Joannes Maldonatus ex S. Iesu Bethicus. 1580.
 in Evangelia 4. et quosdam prophetas scripsit.
 Joannes Horatius Conarrubius Epus Accitanus
 1600

* Joannes Mariana ex S. Iesu. 1619. scripsit scho-
 lia in totam sacram scripturam
 Joannes Piarus Valerianus. 1530.
 Joannes Pineda Hispalensis. ex S. Iesu. 1630.
 Jonathan paraphrastes. V. I. Thargum.
 Innocencius III. Pont. Summus. 1200.
 innominatus in Apoc. S. Iuan.
 Josephus de Acosta Methynensis ex S. Iesu. 1595.
 Josephus Hebræus doctissimus. 199. Tito impe-
 ratori clarus, hic Flavius dictus alter a fi-
 lio Gorriom's eiusdem temporis
 Joseph paraphrastes. V. Thargum.
 S. Irenæus epus Lugdunensis, et Martyr discipulus
 S. Policarpi smyrna in Asia natus. 180.
 * Isidorus Clarius Benedictinus Epus Fulginaten-
 sis. 1555. scripsit scholia in totam scripturam
 et propriam translationem.
 S. Isidorus epus Hispalensis Hispaniarum. 630.
 Julius Nigromius ex S. Iesu. 1620.
 Julius Maternus Firmicus ~~reprobatus~~
~~sub Constante~~ sub Constante, et Constantio
 ad quos scripsit, de erroribus profanarum religionum. 340.
 Julius Scaliger, eius filius Josephus Scaliger. 1600.
 Junius Iuvenalis Poeta Satyricus. 98.
 Iustinus Philosophus Martyr Chri. 150.
 Iustinianus imperator. V. Flavius.
 Iuuenecus Presbiter Poeta euangelicus. 330.

L

Lactantius Firmianus Arnoby auditor. 290.
 Lactus Bisciola Mutinensis, ex S. Iesu. 1613.
 Lessius ex S. Iesu. V. Leonardus. 1627.
 H. Lamprius historicus. 284.
~~Laurentius~~ commentator Horatii.
 Laurentius Ananias apud Martinum delrii.
 Laurentius Valle. 1500.
 S. Leo 1. Pontifex Maximus cognomento Mag-
 nus. 440.
 Leo de catho. 1580.
 Leonardus Lessius Belga ex S. Iesu. 1600.
 Leonardus Boyrus Beneventanus Benedicti-
 nus scripsit de fascino. 1583.
 Leontius Byzantinus Monachus. 540.
 * Liber Moralium sententiarum V. Hildebertus.
 Lucius Apuleius Afer Medaurenensis sub Antoni-
 no Pio. 163.



Jucius Aeneas Seneca Cordubensis Magister Nero
nis Philosophus insignis, et poeta Tragicus 64.
Jucius Flavius Dexter praefectus praetoris in
oriente sub Theodosio. 430.

~~Antonia~~

Judolphus Carthusianus Saxo. 1330.
Juduicus Alcazar Hispalensis ex S. Iesu. 1612.
* Juduicus Legionensis Bellomontanus Aug. ~~1588~~
1588. scripsit eleganter, et eruditè in eptam ad gal.
Juduicus Molina Conchensis ex S. Iesu. 1590.
Juduicus Tenas epus. ~~1612~~. 1612.
Juduicus Vines Valentinus. 1530.

M.

Macrobius Angelus Theodosius. 400.
Magallianus V. Cosmas ~~ex S. Iesu~~
Moleus Maleficarum y Jacobi Sprenger Dnicarum Inquisi
torum Sub Innocentio 3. in Germania. 1437.
M. Antonius Flaminius in Praemot. 1548.
M. Terentius Varro obiit Nonagenarius ante
Christum natum. 40.
M. Tullius Cicero ante xv. Al occisus. ~~30~~

Marsilius Ficinus Florentinus. 1490.
Martianus Imperator. 451.
Martinus Delrio ex S. Iesu. 1610.
Martinus Asplicucta Nauarrus mortuus nona
genarius. 1590.
Massius. V. Andreas
Melchior Conus Dnicanus epus Canariensis in
terfuit Tridentino. 1554.

N.

Nicephorus Callistus Edesenus Historicus
~~et~~ ecclesiasticus. 1300.
* Nicolaus de Lyra Franciscanus. 1320. Scrip
sit in totam scripturam.
Nicolaus Serarius Lothoringus ex S. Iesu. 1608.
* Nicolaus Rogerus Franciscanus. 1540. Scripsit
in 9. Pauli epist. scholia.

O.

~~Osbornus~~

* Ocumenius collegit scholia Graeca in omnes
eptas S. Pauli. 400. Filius Titi Imperatoris
Or Kelus auctor Chaldaica paraphrasis in
Pentateuchum. 100. V. Thargum.
Onuphrius Panninius Veronensis Augustin. 1508.
Origenes Adamantius. 224.

P.

S. Pacomius Abbas. 340.
Pantaleon diaconus Constantinopolita
nus, et Carthophilax. 850.
Paulus de S. Marie Burgensis epus ex lu
deo Christianus Cancellarius Castellae. 1490.
~~Paulus~~
Paulus Orosius Barcinonensis Presbiter. 425.
Persius Poeta Satyricus sub Nerone. 70.
Petrus Aliacus Cardinalis Praeceptor Geroni. 1416.
* Petrus Aursolus Franciscanus epus Aquensis
1317. Legi eius expositionem in epla ad gal.
Petrus Bertholus Benedictinus. 1260.
Petrus Camisius ex Soc. Iesu. 1560
S. Petrus Chrysologus epus Rauenas. 440.
Petrus Comestor Presbiter auctor Histo
riae Scholasticae. 1160.
* Petrus Lombardus Magr. Sinarum. 1140.
scripsit super eptas S. Pauli.
Petrus de Medina. 1600.
Petrus Morales Laminitanus Valdepener
sis ex S. Iesu. 1600.

~~Rex Saxoniae~~

Petrus Serranus Complutensis Canonicus. 1572.
Petrus Sutor contra Erasmi Translationem ex
Graeco. 1540.
Philibertus Anescus Augustinianus. 1540.
Philo Judaeus Alexandrinus Legatus ad Ca
rium imperatorem. 40.
Philo epus Cospathius Eusebio aequalis. 374.
Photius epus Constantinopolitanus. 858.
Plato Philosophus Atheniensis Euclidis, et
Socratis discipulus Magister Aristotelis ante
Christi ortum. 343.
Plautus Poeta Comicus ex Umbria ciuitate Sarrina
ante xi. aduentum. 196.
Pomponius Mela Cosmographus. 55.
* Primarius Afer epus Vticensis in omnes eptas
S. Pauli. 440.

C. Plinius historiam scripsit de rebus natura sub
Vapariano & Tiro. 30.
S. Prosper Aquitanicus Episcopus Rheimensis 460.
Proclus epus Constantinopolitanus. 430.
Publius Ouidius Naso Stellus Sulmonensis Poeta
clarissimus. 17.



Publius Terentius Poeta Comicus ante x^m 139.

C

Fabius Quintilianus Domitiano familiaris, ne-
potum eius, magister, primus Romę publicam scho-
lam habuit. 93.

C. Curtius Historicus sub Cajo, et Vaspasiano. 72.

R

Rabanus Maurus epus Moguntinus ex Monacho
Benedictino. 835.

Reynemus snygoucanus Medicus. 1550.

* Remigius epus Remensis, cuius Commenta-
ria in eptas s. Pauli in lucem protulit noster
Villalpandus dum Romę maneret post suum
Ezechielam typis mandatum, et constat ex
prefatione ipsius ad comment. Clodoneum
Simplicia sacra ablut. anno Chri 499.
Remigius epus Antisiodorensis ex Benedic-
tino monacho. 880.

* Richardus de s. Victore Canonicus regularis
Augustinianus. 1130.

Robertus Belarminus Cardinalis ex s. lesu. 1620.

R

Rupertus Abbas Tuitiensis. 1119.

S

* Sanctes pagninus lucensis Pnicanus Transla-
tionis Bibliorum auctor. 1520.

Sebastianus Barradas Lusitanus ex s. l. 1580.

* Sedulij Scotus Presbiter in ep. s. Pauli. 430.

Silius Italicus Romę consul poeta epicus. 93.

Spondanus Gallus Breuiator Baronij anna-
tium. 1600.

* Strabus Fuldensis Rabani discipulus auc-
tor Glosę ordinaria prę nomine Vualfoidus
sub Ludouico pio. 846.

Septuaginta duorum virorum translatio sub
Ptolomeo Philadelpho ante natum x^m an. 279.
Per Xistum s. exijt correcta anno xⁱ. 1587. trans-
lata per Flaminius Nobilium discrepans à cō-
plutensi, à Regia, à Basidensi annq 1582.

Symachus Translacionis B. author. 190.

Syriaca Translatio No. Testam. facta ab Al-
berto Wvidmanstadio Ferdinandi I. imp. ~~1560~~

Suetonius Tranquillus Sistoricus Adrianus im-
peratoris eptasum magister. 120.

Suidas Gręcus scriptor Christianus. 1081.

T

Thargum. I. Translatio, seu paraphrasis chal-
daica per Onkelum in Pentateucum verax,
per Jonathan in legem, et prophetas, item per
Issephum in libros sapientiales, in Job. Ruth,
Esther Psalterium, nugax, ut testatus est Cardi-

nalis Franciscus Ximenes, concinnata dicitur anno
ante x^m. 42.

* Theodoretus epus Cyrensis, scripsit in totam ss. 430.

* Theodorus epus Hieracleotes in eptas s. Pauli. 340.

Theodotion Ponticus ex Christiano Iudęus author
translationis A. 200.

Thomas ~~Moguntinus~~ ~~Sutorius~~ ~~officium~~ ~~loca~~ ~~1560~~

* Theophylactus epus Vulgarorum abbreviator Chy-
sostomi in omnes s. Pauli eptas. 1071.

Tertullianus Carthaginensis Presbiter. 230.

* S. Thomas Aquinas Pnicanus O. Ecclesię in om-
nes eptas s. Pauli. 1265.

* Thomas de Vio Caietanus Pnicanus Cardinalis
in omnes eptas Pauli. 1534.

Thomas Tamarius Toletanus. 1630.

Allig. Tibullus poeta elegiacus sub Augusto aequalis
Victuuius, mortuus iuuenis sub natalem xⁱ.

Tichonius Affer. 390.

Titus Livius Patavinus historicus. 19.

Turpilus poeta Comicus antiquior Plauto.

Tyrgurina Translatio, quę noua dicitur, et Va-
tabli emendata Salmantia. ¹⁵³⁵ Altera prius excussa
deprauata est dolo Secreticorum. 1544.

Tretra. 1539.

V

Valerius Maximus philosophus, et orator au-
gusto, et Tiberio charus. 20.

M. Valerius Martialis Bilbilitanus Poeta ex Cau-
sidico Romę sub Domitiano. 80.

Vegetius Brenatus prę nomine Flavius, comes
Constantinopolitanus. 370.

Victuuius sub Augusto, aequalis Horatio, Tibullo,

Propertio, natus circiter anno xⁱ. 15.

Vincentius epus Bellouacensis, Burgundus Pnicus.
1240.

Vincentius Syrimensis monasterij presbiter
Ioannis Caspiani aequalis. AA^o.

P. Virgilius Maro Poeta epicus sub Augusto,
obiit quinquagenarius ante x^m natum. 46.

X

Xenophon Crilli filius Athenensis Socratis
discipulus, anno ante x^m natum circiter 400.

Xistus Senensis Pnicanus. 1560.



17
I. N. Epistolam Beati Pauli
Apostoli ad Galatas

Exegetica commentaria.

Proemialis Theoria, De admirabili
artificio, de argumento, et scopo, et par-
tibus Suius Epistolę.

Eloquentię vis. Eloquentię vim esse maximam, et eximium quid a Deo hominibus datum, ad allicien-
dos, et mouendos q̄s hominum animos, atq̄ trahendos ad optima queq̄ desideranda, et complecten-
da, nemo, unquam, opinor, qui prudens sit, ac sapiens, a quo iure denegat, aut in dubium vertat.
Sed idem ipse ~~videtur~~ fateatur oportet, Suiusmet artis vim ab Ecclesię Christianę Doctoribus,
magistris, Prophetis, Concionatoribus, neq̄ alienum, neq̄ dissentaneum esse; imo neq̄, ut
quondam ab Areopago Athenarum, sic a nostris templis, et concionibus Christianorum abie-
gandum, et procul exterminandum, tanquam vel perniciosam, vel dissonam, siue minus de-
centem, aut certe nihil omnino necessarium.

Hoc Deo auspice spero manifestum fieri posse ex lectione solerti, et attenta tum alia-
rum, tum etiam, vel Suius unius epistolę diuini præconis Pauli, quam aggredior his commen-
tarijs illustrandam; que qualiacunq̄ illa sint, id satis perspicuum facient. Dabimus enim
operam, ut Doctoris Gentium, oratoris Christiani summe eloquentię splendor, si non omnino
ob nostram tenuitatem ingenij, at aliqua saltem ex parte, propter ipsius excellentiam, appa-
reat: ipsiq̄, docti præsertim, lectores, videant, et agnoscant, non tam in verbis, quorum minor
cura, quam in sententijs potissimè sitam esse hanc scientiam; id, quod vel ipse in primis de se fe-
tetur sanctus Apostolus, imperiti sequidem sermone, id est, verbis, sed non scientia, id est,
in sententiarum, indicans 2. Cor. 11. 6.

Est itaq̄ hæc epistola summa arte composita, ac veluti oratio, non ex rhetorum umbra-
culis ad declamandum emissa, sed ad persuadendum, atq̄ ad perueniendum rebelles ani-
mos comparata. Quid nū? cum sit dictante spiritu sancto conscripta. Non tacuit Chry-
sostomus, sed expressit aperte sane copitationem, cum ait hic initio commentarij, vehē-
mentem stylum, et grauem dicendi rationem usurpatam hic ab Apostolo; nec solum in
prognio, sed in tota epistola, prout res postulabat. Nam cum opus est (inquit) acrimonia,
lenitate uti, et pro seueritate blanditias adhibere, non doctoris, sed corruptoris, non patris
sed hostis esse. Hoc dicit propter nimis seueram obiurgationem, que præsertim apparet ini-
tio capituli tertij. Temperat tamen, inquit Chrysostomus, ita orationem, ut post duriorẽ
obiurgationem mox adiungat etiam mansuetudinem.]

Nos verò, quod muneri nostri esse putamus, non modo partes dispositionis, sed et inuentio-
nis, et eloquentiõis, hoc est, non solum prudentiam, et concinnitatem partium, quibus constat
epistola, sed argumentationum vim, et schematum colores, ita persequemur, et enucleare cona-
bimur; ut cum Methodus ad intelligentiam materię, de qua agitur, perspicuè constet, tum argu-
menta ad persuadendum sapientissimè ex visceribus causę eruta dignoscantur, ac demum que
latent pleriq̄ (cursim prætereuntes, ac parum attendentes) lumina orationis, neruq̄ sen-
tentiarum, pertinentq̄ ad influendum cum delectatione, et energia in animos, siue legentium,
siue audientium facilius elucescant, ac diuisius considerentur, tenacius seruentur, studiosius demq̄
percipiantur.

S. 1. De Argumento, et scopo.

4.

Scopus Suius epistolę, ac finis eam mittentis Apostoli, is est, ut quicumq; in Christum crediderunt, eos à Mosaicę legis observatione liberos esse doceat. Occasionem scribendi Suius argumenti sumpsit ex Galatarum errore, qui cum verbum veritatis (ut ait Hieronymus) primum ab Apostolo accepissent, mox à falsis Apostolis tentati sunt, ut in legem, et circumcisionem vertentur. Conatur igitur hac ad eos data epistola, ad veram, sinceramq; fidem reuocare; vixq; Mosaicis ritus, ac ceremonias legales iam certè cassas, inanes, atq; ad salutem inutilis, abijciant prorsus, et à se amendant, summa vi enititur persuadere.

S. 2. De partibus Suius epistolę.

5.

Sunt autem tres potissimę partes Suius, siue epistolę, siue orationis. Prima est saluti, et tanquam exordium; vltima est clausula, et velut epilogus. Hę breuior, media, quę longior, continet rei ipsius, de qua instituitur epistola, disputationem, et quasi confirmationem proprię questionis. vbi licet inclusas, et commixtas considerare, Propositionem, Narrationem, et Refutationem, quę uno nomine confirmationis intelliguntur.

6.

Verum, quia non tam seruire præceptis artis, quam ipsa in suum usum præcepta vocare, summę artis est: ita quidem seruat, ac tenet suę orationis rectum cursum Apostolus, ut interim ad præscribenda præcepta de moribus digredi solet, ac declinare prudenter, diuini, quo afflatur, spiritus, semper sequutus impulsus. quod ad finem fere epistolę crebrius, magisq; ex composito videtur facere, nunquam tamen suum, vel oblitus, vel deserens institutum.

7.

Partitio Capitum sex, quę contenta est epistola potius videtur legentium quietim digerari, quam intelligentię deseruire. vnde et equalitatis ratio Sabita, sicut in verticillis, quorum usus concordantiarum indagatoribus magis proprius. vtriusq; autem partitio à nobis exactè obseruanda, ut potè quę veluti per gradus, ac semitas certas ducit, et et Commentarium, et commentarij inuestigatorem.

8.

Epistola ab oratione hoc differt; quod hæc præsentis, illa absentes respicit, quare Epistola, siue epistola à Græco verbo $\epsilon\pi\iota\sigma\tau\lambda\omega$, id est, mitto dicta est, quia ad absentes mittitur; Oratio à Latino oro , plerumq; enim orando, et rogando mouemus eos, apud quos dicimus. Alię differentię, vel faciles sunt, et obiter à nobis notatę, vel nihil, aut parum ad rem faciunt; ideo omittendę. Epistola (inquit Turpilus) est absentium amicorum quasi oratio. Turpilus tuus sermo. Erasmus de Cons. Epistola nunciij vice fungitur. quare Mercurium imitabitur: et varias formas pro varietate rerum, ac personarum assumet.

Caput I.

IN capitis primi priorẽ partem
De exordio, ac salutatione.

9.

Huius Capitis Primi vestibulum, seu ingressus continet primam, quam diximus, epistolę partem, quę vices gerit exordij; estq; saluti, quę in epistolis præmitti consuevit, et habet quidem operę præcium ad beneuolentiã aucupandã, quod præcipuum exordij munus. Verum, cum prima laus exordij sit, ut ex causę visceribus depromptio existat: hoc præstitit eximie diuinus Apostolus. Nam semina iacit totius disputationis in ipso lumine causę, et in lectorum, seu auditorum animos sese insinuat prudentissimè: quę, dum singulas sententias expendimus, dum verba sigillatim quasi lance ponde-



r. amul

namus, magis, magis q̄ patebunt. interim illud attende. Cum ex tribus coalescat hoc perfectum exordium, auctoritate Apostoli, commendatione gratiæ, invidia legis, quæ primaria sunt, et potissima argumenta, et fundamenta totius presentis epistolæ; his quidem nominum in modum, et benevolentiam, et docilitatem, et attentionem comparat; quibus comparandis. Omnis incumbit exordij felicitas. sed quinq̄ versiculis hæc pars conclusa est, quas iam subijcimus.

TEXTUS

- V.1. Paulus Apostolus non ab hominibus, neq̄ per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum à mortuis.
- V.2. Et qui mecum sunt, omnes fratres Ecclesijs Galatijs.
- V.3. Gratia vobis, et pax à Deo Patre, et Domino Jesu Christo.
- V.4. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti seculo nequam secundum voluntatem Dei, et Patris nostri.
- V.5. Cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Acoluthia huius exordij, atq̄ sententia ob oculos exponitur.

Superscriptio Versibus 1. et 2. continetur epigraphæ, et superscriptio epistolæ. quæ constat nomine proprio auctoris, et cognomine dignitatis, cum apposito summi laudis, (V.1.) tum etiam nomine generali eorum, qui simul scribunt, et appellatione ecclesiarum, ad quas scribitur (2. v.) sequitur deinceps salutatio (3. v.) per gratiæ, et pacis optationem, seu deprecationem ab auctore Deo, et Christo eius mediatore, atq̄ impetratore. Christi autem impetratorum sacrificium describetur (4. v.) ab oblatione voluntaria, atq̄ à fine, et effectui; simul q̄ Patris Dei beneplacito; propter quod (5. v.) laus ipsi retribuitur sempiterna.

I. N. Versum 1. Scholion.

Paulus Apostolus. Dat nobis versus hic descriptionem personæ, quæ mittit epistolæ. ex qua descriptione eximia quidem, ac mirabilis existit nostri divini Apostoli Pauli commendatio; tantaq̄, actum ingens laus, quarita, haud scio, an homini ab homine maior accedere queat. ex triplici verò capite, hæc siue descriptio, siue commendatio sumpta est, nempe ex nomine, et dignitate, ex auctoritate ad dignitatem vocantis. Paulus ecce nomen. Apostolus en dignitas. non ab hominibus, neq̄ per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem. Sine constat quis ad Apostolici muneris fastigium eueerit. De his tribus proprias dabimus mox Theorias, seu digressiones, ubi fusius, enucleatius q̄ de singulis dicemus. interim scholij vice breuiter aliqua prælibanda. Paulus. Proprium nomen eius, qui prius vocitatus est Saulus. quæ immutatio nominis, seu ex electione facta, seu diuinitus inspirata, summam insinuat cordis humilitatem, voluntariamq̄ propter Deum demissionem, et abiectioem sui. — Apostolus, et hoc nomen dignitatis (vel dicam) cognomen cum dignitatis manere datum, id supremam ostendit auctoritatem, potestatemq̄ diuinitus acceptam. Utrumq̄ ad personæ cognitionem necessarium, neq̄ enim, ut auctor dignoscere tur epistolæ, satis fuisset Pauli nomen. quippe quod, et alijs commune fuit. Necessario igitur additum cognomen Apostoli. Præponitur autem proprium nomen,

Exordij feli-
citas.

Superscriptio

salutatio.

sacrificium

laudis retri-
butio

Pauli Pauli
no. laus.

Humilitas
cordis eximia

dignitas, et
auctoritas in
excellens.

10.

11.



sicut et cognomen dignitatisⁱⁿ in scriptura Epistolae more Romano, quem fere cunctae nationes secute sunt. Apostolus, quasi legatus: Sabet quod similiter vim participij, unde et casus tamquam participio adiuncti sunt. Fecius vero nominis antiquitatem, et originem infra videbis. Prerogativa s. Non ab hominibus, qui sua, id est, humana auctoritate ful-
 ti mittere solent, imo neque per hominem Dei vices gerentem, auctoritatis ve ministerium
 sortitum; sed per Iesum Christum, post mirabilem ascensionem suam à Caelo apparen-
 tem eunti Damasum saulo (Act. 9.) Sicut et clara voce compellantem, increpantem quod
 ita, saule, saule cur me persequeris etc. et Deum Patrem debuisset dicere à Deo Pa-
 tre, et antithesis eluceret in verbis, atque in sententia, et responderent vlti-
 ma primis, ut media medijs, videlicet non ab hominibus, sed à Deo, sicut et hoc,
 neque per hominem, sed per Iesum Christum. verum certis de causis, quae in longiore con-
 sideratione explicantur, verbis alligare sententiam noluit. in quo se diuinus Apostolus
 artis peritissimum, imo supra artem ostendit. Ab praeposita hominibus causam prae-
 cipuam, ac primariam indicat, quae negatur, et excluditur illa particula non anteceden-
 te. Per vero ante hominem posita instrumentalem, siue adiuuantem, ac ministeriale,
 innuit causam: quam etiam illa coniunctio neque similiter exterminatam vult. Ete-
 nim nec Apostolatus Pauli ullo modo intercessit causa efficiens humana, sed diuina
 dumtaxat; neque vero ministerium hominis cuiuspiam mortalis, sed Christi Iesu autho-
 ritas in sua maiestate, et gloria (ubi Deus Deo, Patri filius, unigenitus ingenito, ad dexte-
 ram assidet, et conregnat) interuenit, ut è saulo Paulus, ex persecutore fieret tantus Apos-
 tolus.

12.

Sed per Iesum Christum, et Deum Patrem aduersatiua particula sed Christum Iesum
 ex numero eximit hominum. At coniunctio et quae Deo Patri adaequat, Deum indicat esse
 Iesum Christum. et quidem (ut annotat Chrysostomus) praepositio illa Per, quae procul
 dubio hoc loco causam efficientem praecipuam significat (ut infra videbis) ex equo Chris-
 to Iesu, et Patri Deo applicata, et coniuncta, utrumque parem, atque adeo Deum facit. Cum
 itaque Christus in eo statu tunc esset, in quo mortalitatis conditiones exisset (quas homo
 factus suscepit, et antequam mortem subiret, ostendebat, et pro se ferebat, filij hominis ap-
 pellatione se indicans) ut potestiam immortalitatem in sempiternum seruaturus, non
 quidem inter homines numeratur à Paulo, sed ut verus Deus cum Deo coniungitur, et nomi-
 natur.

13.

Qui suscitauit illum à mortuis, additum tamquam Epithetum Deo Patri, cui opus
 omnipotentiae, scilicet Christi resurrectio attribuitur. sed non otiose, ac sine causa additum.
 Nam hinc intelligi vult Apostolus se missum fuisse per Christum non adhuc inter
 homines mortalem vitam degentem, sed iam post resurrectionem gloriosam, atque tri-
 umphalem ascensum cum Patre in eadem sede, et gloria regnantem in caelis. quod ma-
 ximum ad rem presentem declarandam operis praecipuum habuit, ut nimirum animad-
 uerterent, et ipsi Galatae, et qui eos deceperant pseudopostoli, qui Paulo aduersabantur,
 detrahabantque; non illum cum ceteris Apostolis electum à Christo, dum cum mortali-
 bus in terra ageret; sed seorsim ab ipso iam cum Deo Patre regnante vocatum, electum,
 ac missum fuisse. quae maior ipsius laus fuerat. Alias causas cur hic sit facta Domini
 et resurrectionis mentio infra in propria Theoria inuenies.

14.



15.

Et qui mecum sunt omnes fratres. fidem conciliat suis dictis, et epistolę addit auctori-
tatem, dum nomine omnium mittit, cunctosq; fratres excepto nemine eiusdem indicat
esse sententię. idem enim verè est secum esse, secum videlicet sentire, quod sane fratrum
est. Neq; enim domus, nominis ve, imò nec cognationis, aut sanguinis communione, sed
animarum potius concordia, fraternitatis ratio constat, ut innuit Ps. 132. Ecce quam boni
et quam iucundum habitare fratres in unum. Et enim vix dici fratres queant, qui una secum
non habitent, id est, quorum eadem sententia non sit. ex Chrysostomo, et Legionensi.

15.

Omnes, inquit, Ambros. nominat, ut facilius errorem suum videant Galatę; qui aliter
credendo ipsi soli omnes damnarent. Atq; ut ait Anselmus sic pudes facti citius respicerent.
Ad se enim citius redeunt, qui sua errata animaduertunt; multis, magnisq; viris displicere,
aut stomachum eiere cognoscunt. quamquam planè, si ij prudentes essent unius auctori-
tatem Pauli satis sibi esse iudicarent. sed vel sine tandem aliquando intelligent ab in-
postoribus se decptos, nec solum Pauli, ut isti mentiebantur, sed omnium discipulorum Christi.
Sane, quam ab illo didicerant, communem esse doctrinam. Chrysost. Theoph. Amb. Ansel. Legion.

Novus hinc præterea stimulus ad benevolentiam excitandam, ignisq; maior ad accendere
has voluntates Galatarum, quos dum omnium nomine salutato vult, mirificè se erga illos ani-
matum significat. eximia ~~ita~~ item Apostolicę Summitatis vis inde emittitur, cum is, qui
omnium princeps est, in mittendis literis sibi reliquos omnes æquat, ac pares facit. Hęc om-
nia imperat Charitas, quę ambiciosa non est, nec quę sua sunt querit. 1. ad Corinth. 13.
Fratres. sic inter se vocati Christiani, qui unum Deum Patrem agnoscetes, Charitatis as-
tricti erant vinculo arctissimo. Unde confraternitates dictę vulgo congregationes, seu conuen-
tusq; imò religioq; omnes familię fratrum nomen, tamquam suum retinent, ut potè Cha-
ritatis magis copulę, et primę Christianitatis tenaciores. vide Baronij annales Anno Chris-
ti 43. et ibi Tertullianum. Omnes, cum addit, singulos nominare excusatur, ut alias Thimo-
thęum, Sylvianum, et. nominat.

16.

Ecclęsijs. sic emendati codices. Christiani, licet aliqui ex alijs Ecclęsijs habuerint. Vssus
autem videtur numero multitudinis, vel quia totam provinciam pseudo Apostolorum con-
tagium pervaserat, atq; adeo ad cunctas singularium civitatum Ecclęsias antidotum mit-
tendum putavit, vel fortasse, quia innuere voluit schisma inter illos sortum, quod divisi in-
ter se ex una multas ipsi facerent Ecclęsias; qui cum Christo Mosem etiam inducerent.
Sed de unitate Ecclęsię infra Theoria subest. At cur laudem suppressit, epitheta ve omisit,
quę alijs præponere solitus est? cur non electos appellavit, ut Romanos, Sanctos ve, ut
Ephesios, seu fideles, ut Colosenses, vel certi Dei Ecclęsiam ut Corinthios, at valde nude Ecclę-
sijs Galatę dixit!

17.

Respondet cum Chrysostomo, affecti animi. Sed fuisse signum, et aduersus illos subivati,
verum dictionem temperavit prudentissime. Nam titulis tanti honoris pepercit, ut caue-
ret insolentiam eorum, et duntiam ad correctionem, quę nasci poterat ex laude, et blanditijs
titulorum; tum ut ex siccitate verborum, eorum inanimos sentim. aliquis sui casus timor, seu
pulus ve subivat, neq; enim sine causa tam laudis parvus (dicerent) fatuus fuisset Aposto-
lus. quamquam non omni eos laude priuandos censuit. Nam Ecclęsijs Galatę ornatius dia-
tur, quam Galatę, dignius etiam, et decentius, quam populis Galatę. Est enim Ecclęsia

18.

Fraternitas
animarum unitas
Ps. 132.

Chrysostomus
Legionensis.
Ambrosius.
Anselmus

Theophylactus
et alij

Benevolentie
stimulus

Humilitatis
exemplum

1. Corinth. 13.

Charitas
christiana

Confraterni-
tas communis
p. 11.

Schisma Gala-
tarum innuitur

Galatę cur
non laudatur?

Chrysostomus

Prudentia cor-
pensis.

Ecclęsia fide-
rum est.



Sanctorum Ps. 149. 1. atq; infideles excludit. Differt etiam multum à synagoga. Hęc enim est quasi congregatio. congregatio autem sponte, ac instinctu nature fit, uti boam, ovium, alituum. At verò ecclesia à Gręco ἐκκλησία, euoco, eorum est, qui à Deo, tanquam electi milites euocati sunt ad regnum cęlorum, quod vim patitur, Rebelldiam. unde Christianos consuevit Paulus appellare uocatos sanctos. quoniam ideo, ut sancti sint. vocatur Ephes. 1. 4. vocatur etiam sancta ecclesia. quippe quę ex sua uocatione sanctitate proficitur, et colit. Tacite ergo admoniti fuisse videntur Galatę, et de schismate, quod inducebant, et de sanctitate, ad quam proficendum fuerant euocati, ideo ita preste subdit, ecclesię Galatę.

Ps. 149. 1. Synagoga et Ecclesię distinctio.

Milites euocati christiani

Ephes. 1. 4.

19.

Galatę. Est Galatia minoris Asię regio satis magna, habet autem ab oriente Cappadociam; ab occidente Bityniam, à meridie Pamphyliam, à septentrione deniq; Pontum luxinum. Hisq; finibus clauditur. Vires nobilissimę ciuitates olim fuisse Tarsium, Pessinum, Ancyra. Gordium caput eius aliquando fuit. varię gentes, Populi, et Tetrarchię numero 105. ut Plinius narrat. Nat. hist. lib. 5. cap. ult. Galatę, quia ex Gallia in Gręciam commigrarunt. Gallo gręci dicti. Suidas hos Gallos fuisse Senonenses asserit, qui duce Breno Romam inuaserunt: sed à Camillo repulsi in Gręciam traiecerunt: cum tamen Delphos exspoliare conarentur, imbre, et grandine obruti sunt. Pauci verò aliqui Galatę, seu Gallo gręci dicti. An isti locuti sint lingua Germanorum. vide Cornelium hic. Odoardus lib. 1. c. 5. de Christ. Som. offic. Amianus (inquit) Marcellinus ex cuiusdam sententia narrat verbo Gręco Gallos nunc cupatos fuisse Galatas, quod oriundi fuissent ex Gallo Syculo; cuius mater dicebatur Galathica. Vide quę infra dicuntur hoc cap. 1. v. 6.

Descriptio Galatę

Plinius.

Suidas, Brenus Dux

Galatarum origo, et non Camillus.

Cornelius Odoardus Amianus Marcellinus

20.

Ecclesię Galatę. Quid in hac eclipsi supplendum, non conuenit inter interpretes. Hoc certum est eleganter id prætermissum; quia facile subintelligeretur. sicut consuetudo fert apud Hispanos, insuper inscriptione, quę epistolę sigillo clausę præfigitur. Illud non admodum placet, quod subaudit Lombardus, scribit hanc epistolam, et in scribendo salutat sic optando, gratia vobis est. et Neg; magis arridet, quod alij subintelligunt, ut Perei. Nom. I. scribit hanc salutationem. et Sã, scribit quod sequitur. Potius laudo, et maxime probo illa verba suppleri dumtaxat, salutem dicit, seu precatur: vel quid simile. ut multi consentiunt, ut Titelm. Gagn. Valquer, et alij. Hoc enim exprimere solebant antiqui scriptores, ut patet apud Iulium in prima epigrapha, qualis hęc est, ut sequenti versu iterum ostendam.

Lombardus

Perei Sã

Titelm. Gagn. Valquer

De Nomine Pauli. Theoria I in Versum 1.

21.

Paulus cur ita fuerit nuncupatus, et ex quo tempore, et an simul cum hoc retinuerit nomen Sauli insignis est inter sacros scriptores disceptatio. singularis fere est nec multum probabilis quorundam opinio iuniorum, qui idem putant fuisse Sauli, ac Pauli nomen, sed prima immutata, seu corrupta littera; quod sapius usu venit in vulgari pronuntiatione. sic à Paulo dicitur Hispanicè Pablo. v. in b conuersa usu gentis, vel à Παύλω Gręcorum imitata pronuntiatione, quibus v. sonat velut f. Latinum. Suidas verò sonus facile declinat in b apud Hispanos. Hanc sententiam refert, non sequitur, imo refutat Toletus, quicquid dixerit contra Lorinus.

L. Opini



ipse

2. opinio.
3. opinio

Ipse tamen Lorinus cum Anselmo credidit ab Apostolo inter Hebræos sauli, inter Gentes Pauli nomen frequentius usurpatum, ut utriusque nationi ex charitate seruiret, fieretq; ut profitebatur, omnibus omnia. Origenes, et qui illum sequuti sunt. Q. Thom. Ansel. Catharin. Claud. et alij binomium fuisse existimant Apostolum, ut scilicet Saulus Paulus fuerit à Parentibus nominatus. Nam in sua tribu. i. Beniaminica plausibile fuerat nimis Sauli nomen, in ciuitate uero Tarsi ubi natus est, non parum celebre nomen Pauli, ut pote familie inter Romanos nobilissime, quæ ratio conuenit Pereiram. S. Thom. addit etiam solitos fuisse Hebræos, qui inter Gentes uocabantur, duobus insigniri nominibus, altero Hebræico, altero eius gentis, cui conuuebant, siue Græcorum, siue Romanorum. His sententijs obstare uidetur historia sacra, quæ ex certo quodam tempore semper uocat Paulum, quam antea nunquam non Saulum uocauisset.

4. opinio.

Quare pleribus arridet, probaturq; ante conversionem Saulum, postea uero Paulum appellatum instar Patriarchæ, qui cum prius Abram diceretur, post Dei uocationem, et electionem dictus est Abraham, instar et Apostolorum principis, qui ante uocationem Simon, postea Cephas siue Petrus fuit nuncupatus.

22.

Questionisultima pars.

Verum non minus controuersum est quando, quæue ex causa hoc nomen Pauli fuerit illi datum? Hieronymus (quem plerique sequuntur scriptores) sponte Paulum, asserit, hoc nomen assumpsisse, quasi signum spoliarum, ac ueluti trophæum bellicum ab hoste Deo pro relictum, cum Sergium Paulum proconsulem ad fidem Christi ex militia seculari transiit, primitiasq; nobilitatis Romanæ obtulit Deo. Non est autem ad hanc sententiam reuertendum, hoc uel factum in dubium uocandum, quod uideatur quibusdam, ne doloresq; huius uanitatem. Cuius filij præclaris nominibus famam nituntur uenturam auaryari. Et erim similitudo intentio, atq; conatus Deum respicit, minime existimandum est inquinari, perueri q; opus eius modi studio nomen eliditur. Paulus autem quid in hac re nisi Dei gloriam, et maius animarum emolumentum sibi proposuerit? Quid nisi testes amicitie cum Davide, Ionathæ uestes induit? et arma, caputq; Gygantis Goliathi in altum sustulit, Dei potius, quæ suam testaturum uictoriam? Nam eodem nomine, et suam paruitatem, et Dei magnitudinem predicare uoluisse, haud difficile apparet, ut inferius magis explicabitur cum Symon scrutabimur nominis sui.

23.

Paulus à sergio Paulum proconsulem ad fidem Christi ex militia seculari transiit, primitiasq; nobilitatis Romanæ obtulit Deo.

Non seculi sed Dei gloriam intendit Paulus.

Paulus à Deo nominatus pro certo. Quia si uero dicitur, Gaspar sanctus, et propheta nititur Gaspar sanctus non satis liquet.

Illatio nominis in baptismo, atq; in Apostolatus designatione, imo sicut in sumptione sacri Baptismi, non semper mutati sunt nomina. (retinuerunt enim antiqua Martinus, Ambrosius, Augustinus, Nectarius, alijq; etate iam adulta sacra limpha conspersi) ita in assumptione ad pontificali manus, nec perpetuum id, nec nimis antiquum fuisse constat, licet antiquissimum uideatur à D. scilicet, Petro originem

24.



Sabuisse. quod verò 5. Thom. docet duas ab eiusdem nomina vel noua dari, vel mutari; nempe ut gratia alicui allata significetur, ut in Ioanne Baptistâ, progressus ue in virtute indicetur, ut in Israel Patriarchâ, post Abultationem cum angelo; (quam utramq; causam in Paulum conuenire nemo dubitat) tamen non magis vni, quam alijs opinionibus quadrare potest.

quid in
nomine
no.

25.

Sic verò Lucq; illa verba Actor. 13. 9. Saulus, qui et Paulus, nemo est, qui pro sua non putet opinione facere, solus non ait (inquit) antea, vel postea, sed et. i. etiam, que si illa duo nomina simul obtinuerit. Alij sic, qui et corrupta priorè littera Paulus vulgò nuncupatur. Hieronym. sic. qui et Paulus à Sergio Paulo; similiter dixerit, Saulus Hebraicè, qui et Latine Paulus. ego fortasse verius dicam, Saulus qui et dein cept Paulus nominabitur. Nam ita factum, nec postea Sauli nomen audium, seu repetitum in illò libro Actor. quod euidens est indicium mutationis, siue progressu tem poris ante electionem, vel in ipsa electione ad Apostolatam, siue post in conuersione proconsulis. nihil enim ex scriptura sacra in hac re certi definiri potest. Cum videamus autem nusquam in epistolis aliud quam Pauli nomen ipsum sibi Apostolum as sumpsisse, cur non dicamus priorè relicto, hoc de nouo susceptum ab eo? imo cum nullibi reperiamus aliter, vel à Hebraeis, vel à Gentibus denominatum.

Luci 13. 9. p. catur.

Opinio cum
Secularium

26.

Etymologia præterea vniuersi nominis satis superq; esse potuit, ut ablegari à se no men, et aboleri omnino cuperet Apostolus, hoc verò non modo non inuitus, sed libenti etiam animo complecteretur. Par enim fuit, ut cum veteri vita simul etiam et nomen, quod illam significabat, exueret; nouum autem cum noua, ipsius quasi symbolum. in duceret; ut scite Ambros. August. Bernardq; (quorum citat verba Lorinus) annu tarunt. in sua quippe conuersione re ipsa ex Saulo factus est Paulus, hoc est ex Saulo Dauid, ex Lepo agnus, ex superbo. Sumilis, ex acerbo mansuetus, ex iniquo iustus, ex turbulento pacatus, ex hoste defensor, ex persecutore Apostolus, ac deniq; ex elato, et sua opi nione magno sanctorum minimus, ut ipse de se loquitur.

Nomen cum
intercomitatu

Eph. 3. 7.

Conuersus itaq; Saulus, imo conuersus, et ex Saulo reuersus in Paulum, ut Paruulus fieret euangelizans, iuxta illud Math. 18. 3. Nisi conuersi fueritis, et efficiamini sicut paruuli, non in trabis in regnum celorum. ita ludit Bernard. qui tamen ad Saulis conuersionem in palij scis sura designatam. 1. Reg. 13. 27. 28. videtur alludere; scissus videlicet à regna Saul, ter quod successit Dauid. ille ob superbiâ abiectus, hic propter mansuetudinem accitus. Non est au tem factum, ut Dauid iniret regnum, prius quam occisus fuisset Saul. quo velut in typo ad umbratur Saulum prius interimendum, ut intraret Paulus in regnum. Venit igitur ad magis trum, qui ait, Discite à me, quia mitis sum, et humilis corde. deposuit q; discipulus factus pannosam tunicam veteris peccati sanguine madidam, ac vestem candidam, seu nuptialem indutus, mitis, et humilis, atq; inter Apostolos minimus apparuit, factus velut fimbriam consuetis Christi tunicæ; sed quam tangeret aqua gentiliens, à fluxu q; sanguinis, quo la borabat (dum suus euuade Christiano nomine appellatos truncabat) sanaretur. significat igitur hoc nomen Paulus nouam Pauli vitam, i. Christiani hominis, qui nisi paruulus sit ad reg num Christi aditum. minime reperit.

Paulus qui
paruulus
gentilis.
Mat. 18. 3.

1. Reg. 13.
27. 28.

Scissura
palij
Saulis
significat
Superbi
Mansuetus
Mat. 18. 3.

Alam
ut form
typic
Mat.
22. appo
his
fac

27.

Attamen, licet hæc, quam sequuntur Ambros. August. Bernard. et doctores alij multi, sit (ut ego arbitror) vera Suius nominis etymologia, tamen non sunt omnino repellendi.



aut

aut improbandi, qui volunt etiam, vel à Grecis, vel ab Hebræis derivatum nomen Pauli. si quidem in nonnullam redundant Pauli laudem, quæ dicunt. Saulus appellatus Actor. 9. 4. Primum ab Christo, deinde ab Anania. Hebraicè loquentibus, à Luca Græca forma Schaulus vocatus est, ut rectè declarat Gaspar Sanctius. Igitur Saulum quidam à schaol (hoc est, fouea, sepulchrum, infernus, ~~quasi infernalis~~ & Hispanè simra, osumidero) dicipulant, quasi infernalim, seu deuoratorum. Alij à שאלו Schaulum tamquam postulatim à Domino, seu expetitum à Populo. Alij verò ἀπό τῆς σάλον i. turbulentia tempestatis, et tentationis, deribant. sunt qui à Rege superbo sumptum dicant. At Paulum à פלה Palah. i. mirabilem ferme ex Hieronymo, vel à פחול Pahhul i. operatorem, seu operatum, item ab Hebræo, et Græco ἄντης, quasi ostube, ut neminat hic S. Thomas, vel ἀπό τῆς παυλας à quiete. vide ^{Israhel} Lomb. et S. Thom. Plerasq; dictas Ulymi rationes, seu notaciones illa primum explicata attingisse videtur. sed et ipse met Apostolus non obscure indicat pene omnia. 1. Corinth. 15. 9. 10. Ego enim, inquit, sum minimus Apostolorum, (scilicet Paulus) qui non sum dignus vocari Apostolus (ut pote qui fuerim Saulus) quia persecutus sum Ecclesiam Dei. (quasi turbulentus tentator) sed gratia Dei sum id quod sum, (nimirum Apostolus) et gratia eius in me aduacua non fuit. (ut testatur nomen à Proconsule Romanorum Paulo assumption) sed plus illis omnibus laboravi (ex quo tam insignia trophæa mecum tuli) non ego autem (à me ipso) sed gratia Dei mecum (cui gratia omnia accepta refero). itaq; eodem nomine, et suam tenuitatem, et Dei magnitudinè, atq; operi immensas simul prædici, atq; prædicari uideamus. Quare non immerito, alij cum Ambrosio, August. et Bernard. ad humilitatem referunt nominis mutationem: alij cum Hieronymo, et Beda ad significandam victoriæ, quam Deo auctore retulerit; alij de mum cum Chrysost. et Græcis Patribus ad diuinum nutum putauerunt eam nomenclaturam referendam. Cuius rationes, tantum abest, ut sibi inuicem sine aduersis, quia inorsi rectè inspiciantur, in eadem factum aptè conuenire existimandis sunt.

Appendix, et quasi epilogus dictorum.

Ex ijs, quæ dicta sunt, facile colligas, quam sit celebre, quamq; eximium nomen Pauli, atq; adeò ad conciliandam beneuolentiam, quam appositum, ut merito ab eo initium epistolæ suæ, imò reliquarum omnium auspiciatum sit. Explicat nimirum dignitatem personæ scribentis, qui primus est auccupandæ gratiæ, præcipuusq; aditus. Enim ueri, si splendoris spectes, quinam maior queat significari? Est enim Paulus ostube euangeliæ, Isai. 58. 1. Est etiam rerum operator maximarum, quem Deus posuit equum gloriæ suæ in bello. Iac. 10. 3. Est simul factus, seu operatus instar auræ uasis, quo Resu nomine in mundum erat portandum uniuersum. Actor. 9. 15. Unde ipse de se, qui operatus est Petro in Apostolatim, operatus est mihi inter Gentes. Galat. 2. 8. iam uerò si de militatis abiectiorem requiras, quæ cerni maior potest extra nomen Pauli. siquidem Paulus dum nominatur, nominatur minimus inter Sanctos, quasi aborrius inter Apostolos; omnium peripsema mortalium. Quod si etiam victoriæ insignia exigas, nemo in Emiliana familia Paulus insigniora tulit trophæa, neq; ad durationem firmiora, neq; ad claritatem illustriora. cedant, necesse est, Apostolo Paulo Africani, Asiaticis, Adiabeniis, Germanicis, quandoquidem ex iustiori bello nomen aduenit. Tarsensi Paulo. Ergo cum audis Paulum in memoriam reuocas insignem Romani sanguinis, et patriæ



Act. 9. 7. Hymoloxia Pauli nominis uarietas.

1. Corinth. 15. 9. 10.

Elogium no minis Pauli 8. 3.

Isai. 58. 1.

Iac. 10. 3.

Act. 9. 15.

Galat. 2. 8.

Emiliana familia

am nobilitatem; sed multo nobiliorum Christiani nominis, euangelicæque sumilitatis pro
 fessionem agnoscis. Recordaris stature pusille (neque enim magnus corpore Pau-
 lus), sed ingentium admirandam magnitudinem factorum recordaris; quæ exigua in
 corpore, admiranda magis est. Diuina planè sapientia, quæ vnius immutatione litte-
 re, tantarum significatiuum rerum nomen inuenit.

Christiani nomi-
 nis dignitas.
 Vide Periclitum
 disput. 1. in epist.
 Non. in fine. et
 Chrysost. 2. in
 dantem tres digi-
 taxat. longitu-
 nis cubitos, in
 est sequi vlti-
 Hieronymus

29.

Animaduerte, obsecrate, studium Pauli Sumilitatis, qui se omnium minimum,
 Apostolicæ indignum nomine existimauerit, cum tamen tantus extiterit inter Apos-
 tolos, ut per Antonomasiam, et excellentiam is vnus Apostoli nomine intelligatur.
 Consilium nimirum sapientis est Ecclesi. 3. 20. quanto magnus es. Sumilitate in om-
 nibus, et coram Deo inuenies gratiam. Hæc Paulo collata est cum Apostolo fac-
 tus, non ab hominibus, neque per hominem. et Tunc nempe Paulus dici voluit, cui
 ad Apostolatus culmen euectus est, quasi nomen abiectiois, et sumilitatis, honoris, et
 dignitatis nomini opponeret, et sui agnitione hominum existimationi resisteret.
 donifere, scilicet, virtutis antidatum aduersus elationis pestem adhibuit. Et ceuti
 vela sumilitatis es gran remedia contra lasciuia.

Eccles. 3. 20.
 Pauli humi-
 litas eximia

Ceuti mini-
 species liu

30.

Hinc fortè Paulo datum est, ut diuini quid præferret, atque toto ore spi-
 raret: quibus eum cernerent fideles, ex solo aspectu arcanam quamdam, et la-
 tentem conciperent gratiam, et ad bene, sanctæque viuendum incitarentur.
 quod Nicephorus narrat.

Nicepho-
 lib. 2. c. 3. Ap-
 gn-
 in q-
 mu

Theoria 2

Circa hoc cognomen Apostolus De dignitatis Apostolicæ Prærogatiuis.

31.

Apostolus, ut vis sui appellacionis, quam pro cognomine diuini Paulus sibi assumit,
 luculentius appareat, operis præcipuum fuerit altius exquirere, diligentiusque examinare, quan-
 ta sit, et quam sublimis Apostolatus ecclesiasticæ dignitas. Res ^{plane} ardua; quam tunc,
 si suis expressam viuis coloribus, minus nobis liceat hic exponere: at proterui nostra
 facultate adumbratam dedisse, satis sit opinor: ut nostro hoc qualicumque conatu alios
 excitare possimus ad perfectionem pulcherrimæ imaginis, quæ vel in litura delinea-
 ta ad sese rapere oculos queat intuentium. At qui, ut hinc aggrediar rem tantam, quotus
 quisque erit in sapientium albo describendus, quem, dum legit, audire, non rapiat in-
 summam admirationem grande illud elopium, quod de Apostolis cantat ecclesia Ro-
 mana ex Ps. 138. versu. 16. 17. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, ni-
mis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, et super aronam multiplica-
buntur. Honoris quidem eximio auxisse visus est Christus Dominus eos, quos non iam,
 quod natura fuerant, seruos, sed quod per gratiam obtinuerunt, amicos a se dicendos,
 atque adeo verè habendos, ingenue professus est, Ioan. 15. 15. quæ sanè dignitas, et ami-
 citiæ præuilegium Apostolis datum, quò longius, ac latius sese diffudit clara ecclesiæ lux, et
 amplius augescens, adeo creuit, et in altum sic in dies ascendit, ut iam supergredi videatur
 contemplantis obtutum. Hic autem est sensus Prophetæ. Maxima fuit ab initio Apostolorum
 dignitas, iudicio etiam, et regum, et sapientium (qualis fuit ipse Dauid sedens in ca-
 thedra, sicut regio solis, inter tres vnus sapientissimus. 2. Reg. 23. 8.) sed progressu temporis

Dignitatis Apo-
 stolicæ magnitudo

Ps. 138.
 v. 16. 17. Ap-
 Illustratio ecc-
 lesiæ.
 Dor

Ioan. 15. 15.

2. Reg. 23.
 ad dō



ad id preualuit, ut maior, ac maior, absq[ue] ullo termino facta sit. Nam cum Ecclesie principi-
 pium Sinapis, id est, olerum minimo equiparari potuerit, iam quidem ita creuit in arborem,
 tanteq[ue] proceritatis, ac magnitudinis effecta est, ut ramos uniuersum expandat in or-
 bem, omnibusq[ue] exhibeat umbram nationibus, quod ut magis explicet, addit: Uinume-
 rabo eos, nimirum, qui sub Apostolorum futuri sunt principatu, et super arenam mul-
 tiplicabuntur. exurrexi, et ad huc tecum sum, hoc est, et si inuigilauerim, et elaborauerim,
 ut mente consequar altitudinem principatus Apostolici, et operam lusero, et actum qui
 dem egero, multiplicatis nempe gradibus altitudinis solij eorum principatus pro incre-
 mento, et innumerabili multitudine ciuium sanctorum, ac domesticorum Dei. Hanc
 absq[ue] dubio totam dignitatem Sabuere semper Apostoli, licet non simul tota, sed deo
 progrediente magis, magisq[ue] lucis suq[ue] radios extendent; nec uero iam eam assequi
 dicendo possumus, in umbra itaq[ue] dabimus, uuis coloribus describere, ut ante dixi, non
 pollicemur. Præstantiam offerimus, exhauriri eius fundum posse non credimus.

Eph. 2. 19.

Summatim, ut que dicturus sum, statim colligas. Duodecim in singulis Apostolis Præ-
 rogatiuas, seu Præuilegia animaduerte; que illi diuinitus collata acceperunt; et inde su-
 blimitatem Apostolicæ dignitatis aliqua ex parte cognosces. Prærogatiue sunt, quas
 iam enumerandas subijcio.

32.

Apostolicæ
 dignitatis
 prærogatiue
 duodecim.

1. Dominicæ Resurrectionis testimonium exhibitori suo sanguine conscripserunt.
2. Inter Paucos, instar rogni procerum, numerati sunt.
3. Certo hoc est, duo de castilo numero comprehensi.
4. Multis ac varijs typis in veteri testamento præsignati à Deo.
5. A Christo domino mirabiliter uocati, et ex turba Discipulorum ad munus Elec-
 ti Apostolicum.
6. Cælesti Doctrina singulariter instituti.
7. Consecrati sacerdotes in cæna, et post Resurrectionem Episcopi.
8. Cum summa potestate missi in uniuersum terræ orbem.
9. Ab Spiritu Sancto infusa plenitudine gratiæ confirmati.
10. Omnium Charismatum donis insigniter nobilitati.
11. Imperium mundi Christi Jesu Domini iugo submiserunt.
12. Mundum iudicaturi, cum laureatis, ac triumphalibus insignibus Christi solium
 circumstantes duodecim ipsi thronos obtinebunt.

Hæc duodecim insignia, ac præuilegia magnifica Apostolicæ dignitatis api-
 cem decorantia, haud obscure insinuantur illis uerbis Apoc. 21. 21. Duodecim
 portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas, et singulæ portæ erant ex singu-
 lis margaritis. quem locum sic cum doctissimo interprete D. Francisco Ribera
 nostræ Societatis explicandum censeo, ut singulis portis pro ornamento additæ
 sint duodecim margaritæ; cum tamen unaqueq[ue] portarum ex una singulari Mar-
 garita sit fabricata. Nam si singulæ ex singulis, quomodo per singulas sunt
 duodecim? Num tam eleganter aptæ sunt, et connexæ, ut cum sint duodecim, ta-
 men una videatur? An unius, ex qua constat porta, ornatus gratia super addi-
 tæ sunt duodecim? quod uerius crediderim. licet uterq[ue] explicandi modus nos-
 tro Suic instituto faueat. Portas, certè communis sensus Patrum interpretatur

33.

Apoc. 21. 21.
 accommoda-
 tur, et explica-
 tur.

Don. Ribera

Apostolus por-
 ta cæli est.



Apostolos, per quos ex uniuersis terrarum partibus oriente, Aquilone, Occidente, et Austro in Dei ecclesiam ingressus datur. Singuli autem illorum tam singulari sunt excellentia, ut non immerito Margaritae nomenclantur: quod instar unio-
 nium preciosi sint, nec passim obuij; sed quidem una Margarita eget duodecim ornamento Margaritarum. Num ex adiunctis mutuatur pulchritudinem? Na illud grande miraculum est, ex Margarita una portam ciuitatis integram constare, hoc est, maximam fabricam ex materia exigua. Quid miraris? Deus artifex, qui abiectos hominum, ac pauperes piscatores uelut de stercore gemmas legit, et extulit, ut Principes ~~esset~~ proficeret populo suo. Is itaque nouus Iherusalem portas singulas ex singulis uoluit Margaritis constare, cum singulos Apostolorum duodecim totius plenitudine potestatis ornatos esse uoluit, itaque ut unusquisque per se solus posset quemlibet admittere in regnum, quod annuntiaret, caelorum. Verum tota haec potestas ex duodecim priuilegijs coalescens, siue duodecim ornata prerogatiuis, splendidior, ac mirabilior extitit. Quemadmodum ex preciosa materia porta illustrior fiat, atque gloriosior appareat, si eius superum ~~limen~~ limen affabre facta ornatur, uel stellarum, uel gemmarum diuine corona.

Potest itaque ex hoc loco Apocalipseos non ignobile emblemata depingi ad Apostolicam significandam dignitatem: si portam amplam magnificamque proponas, cuius in summo super liminari tres extent ordines Margaritarum, ita sane, ut suprema pars quatuor, Dextra etiam quatuor, (qua itidem quatuor obtineat Margaritas, ~~et dexteram quatuor~~)

Apostolos
margaritae
nomenclantur
et quomodo

Potestas
totius ciuitatis

Apostolicam
dignitatem

Apostolicam
dignitatem
na gemmas

Lu

mi
win
ute

let

vt
ma
lata
an

Ma

pu
as

rii
an
et
lar
e ii

+ seu paragraphus
Digressio de Prærogatiuis Apostolorum.
Per subiecta capita distributa.



§. I. De Prima Prerogatiua Apostolorum. Testimonium Resurrectionis Iesuchris ti suo sanguine confirmarunt.

Prima inter Apostolicę dignitatis gemmeas Prerogatiuas, et reliquarum ca- 34
 put omnium, ipso suo Apostolatus munere proditur, et manifesta fit. Nam
 quid aliud munus Apostoli, nisi testem esse dominicę resurrectionis diuinitus
electum. docent Soc scripta sacra. Audi ecclesię Principem Apostolorum api-
 cem Petrum: Oportet ergo (inquit, Actor. 1. 21. 22) ex his viris, qui nobis cum sūt
congregati in omni tempore, quo intrauit, et exiuit inter nos dominus Iesus
incipiens à baptismo Ioannis usq; in diem, quo assumptus est à nobis, Tes-
tem resurrectionis. nobis cum fieri unum existis. Nonne consi-deras defini-
 tionem Apostoli? Testem resurrectionis, inquit, id est, Apostolum. Idem etiam
 constat ex verbis domini Iesu, qui paulo ante suam Ascensionem, ut pote iam
 iam abiturus ab Apostolis ad Patrem, Soc illis vnicę commendandum existima-
 uit, quod maximę eorum animis inherere, ac firmius retineri cupiebat; quodq;
 ipsorum munus erat futurum. Vos (inquit Luc. 24. 48) testes estis Sorum.
 quasi tunc eos verę Apostolos instituens, ijs velle verbis initiatos. Quoniam verō
 grauissimum Summis imponebat onus, ne forte subire reformidarent, imbecilli-
 tatem virium agnoscetes, mox confirmandos statuit illorum animas pollicita-
 tione dignissima cęlestis, ac diuini spiritus. Quare statim adiunxit. Et ego mitto
promissum Patris mei in vos. Explicatius Soc iterum Actor. 1. 4. Accipietis (in-
quit) virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Ieru-
salem, et in omni Iudea, et Samaria, et usq; ad vltimum terrę. Hęc munus
 contulit, sed apud Ioannem. 15. 26. 27. Dumtaxat promittit, cum subdit. Cum
autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre spiritum veritatis, qui
à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. et vos (nota) testimoni-
um perhibebitis, qui ab initio mecum estis. Ad Soc extrema verba opinor, sanc-
 tus Petrus alludit supra versu. 21. qui in omni tempore pro ab initio dixit. Fuerūt
 itaq; duodecim oculati testes resurrectionis Christi domini; quod priuilegium etiā
 si communicatum est discipulis alijs (qui vel Soc nomine beatiores, Mat. 5. 13. 16.
 17. facti sunt Regibus, Prophetis, Patriarchis, Auctis, qui videre desiderantes Chris-
 tum, minime adepti sunt) tamen Soc singulare, et proprium Apostolis, ut inter eos
 omnes, qui oculis suis Christum viderunt, his solis pro munere maximo, officio q;
 et dignitate datum fuerit, ubiq; gentium, id quod viderant, ut tanquam idonei tes-
 tes predicarent, palam, palamq; et serio testarentur.

35
 Habes prerogatiuam, iam quanta ea sit, attende; nam eius splendor ex ijs, quę in
 teste bono, seu idoneo exiguntur, qualitatibus appareat, necesse est. In teste summa
 omnium, quę requiruntur, et potissima veritas est. Cum autem Soc maximum
 passa apud Somnos detrimentum, (conquerente regio Vate Ps. 11. 1.) quoniam di-
 minutę sunt veritates à filijs Somnorum, reuolant quidem in cęlum, vnde venerat;

Officium
Apostoli
Actor. 1. 21. 22.

Apostoli Def
bita.

Luc. 24. 48.

munus Apostolorum
virtutis sancti
sunt subleuatur.

Act. 1. 4.

virtus Spiritus
sancti ad Aplos
causam adiungitur.
Ioh. 15. 26. 27.

Mat. 5. 13. 16. 17.

Apostoli beatio-
res regibus.

virtus in teste
aximē requiritur
et impletur ne
satis.
E. H. L.



necesse est planè ad omnem finiendam (ut ait Paulus Hebr. 6. 16) controuersiam, iurjurando uti, quasi veritatem accersentes è Cælo, Deum testem præferamus: quo sine Patrone, ac comite nemo Sominum testis admittitur. Hæc verò corne relicet quantum sit munus Apostolicum, quamq; eximie dignitatis, et excellen-
 tie, quo id Somini inter Somines tributum est, ut ei ab omnibus tanquam infallibile reddenti testimonium veritatis, fides habeatur; diuinum quippe est Apostolicus timonium. et si homo, qui reddit, tamen exemptus numero illorum, quos taxat Psalter regius cum ait Ps. 118. Omnis homo mendax. Neque enim ut Somines Sumana sapientes, sed ut Dei ministri, spiritus sancti gratia imbuti, et illustrati suum Apostoli munus præstiterunt. Ideo namq; Christus dominus cum hoc sui resurrectionis testes officeret, spiritum sanctum suum se in eos missurum pollicebatur: ut inde esset perspicuum eos plusquam Somines, et supra Somines, hoc est, Diuinos Somines, aut certè terrestres Deos factos, ad quas illud pertineat Psal. 81. 6. Ego dixi Dijs altis, et filij excelsi omnes. filij nempe sunt, quibus filij spiritus inest, Dei etiam nominantur, qui Dei spiritum participant. Hinc præterea intelliges quam verè Abulensis nec minus scite asseruent, plus sapere auctoritatis, ac ponderis omni Apostoli testimonium, quam omnium Sominum reliquorum, qui vna omnes conuenirent ad idem testificandum, idemq; simul omnes uno ore testati essent. Sapienter etiam Tolæus Ioan. 15. in teste tria ait esse necessaria, sapientiam, bonitatem, auctoritatem; Sapientia opus habet, ut sciat veritatem, nec fallatur; bonitate, ut veritatem aperiat, nec decipiat, aut fallat; auctoritate ut ab alijs talis iudicetur, qualis est, ut omni fiat superior exceptione. Cuius tria spiritui sancto Christum dominum attribuisse patet ibidem Ioan. 15. 15. Dum eum à Patre procedere, cuius est potentia, et auctoritas, à se missum, qui est ipsa increata sapientia, et consolatorum, atq; spiritum veritatis dicit, cuius est bonitas, et sanctitas propria. non potest ipse æqualis ei reperiri testis, cui sit scientia, bonitas, et auctoritas, cum Deo omnino eadem. Proxima verò Apostolorum, quibus ipse spiritus communicauit, quorum et lingua locutus est. Mat. 10. 20. quibus et testificantibus semper affuit. Quocirca cum spiritus sancti testimonio Apostolicum coniunxit dominus apud Ioannem 15. 15. Ille (inquit de spiritu sancto) testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis, qui ab initio mecum estis.

36.

Testabantur nempe Apostoli Christi verba, et facta, quibus oculati testes interfuerant? Testabantur verò Christum esse Dei filium, ac verè Deum, factum Sominem, missum à Deo, mundi redemptorem, et quidem Messiam promissum per Prophetas, sponte morti traditum, sua virtute à morte exitation surrexisse. De his omnibus contestante (Hebr. 2. 3. 4) spiritu sancto signis, ac prodigijs, admirandis. Itaq; Apostoli, velut organa diuinitus fabricata, spiritus sancti plena, mouente Deo sonus musicos adeò mirabiles edebant, ut in unum quis stuperet, ac paueret diuini presentiam numinis; tyrannis interdum quasi sublatis foliibus ne unquam aura deesset insufflantibus, et spiritus ignem incendentes; virtute enim magna, (ut Acta dicunt cap. 4. 33) reddebant Apostoli



Hebr. 6. 16
 Iuris iurandi
 Vis thronum
 Ps. 118
 Testimonium
 Quinimum, ad
 adeo infallibile
 Ps. 81. 6.
 Abulensis
 celiom dicitur
 Tolæus
 tria in
 requiruntur,
 et
 Ioan. 15.
 Atributa
 nus sancti
 Ioan. 15. 15.
 Quid testi-
 sunt Apo-
 Hebr. 2.
 Apostoli
 Spiritus Sancti
 Folles
 flantes in
 contrarium
 Act. 4.
 Testimonium

testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri, et gratia magna (Spi-
ritus sancti) erat in illis. et iterum: et nos sumus testes eorum verborum,
et spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Patet itaque Deo
proximam, atque ad eum diuinam auctoritatem, bonitatem, sapientiam in Apo-
stolis extitisse; quibus semper spiritus sanctus præsens affuerit, implendo virtute,
et gratia eorum pectora; et una cum ipsis fidei veritates contestando, et compro-
bando. commendat igitur Apostolum veritas testimonij, et Deo proximum, imo et
prope Deum, certe Dei filium facit. cuius audi quid addere queas?

Sed occurritur à quibusdam interrogantibus, quid necesse fuit testimonium Apo-
stolorum, ubi adest testimonium spiritus sancti? His respondemus iterum
ab ipsis rogando, quid necesse sit instrumento, ubi adest artifex? quid opus est
gladio, ubi adest manus? quid manus, ubi corpus præsto est? Cuius hæc coniunc-
tum, ille separatim instrumentum est; Apostoli designati sunt testes Christi, ut
quod Somine Sominum testimonium valeret; neque enim immediate per se, sed
medijs alijs Sominibus debuit se Deus agnoscerendum hominibus præbere. Verum quo
maior eorum esset auctoritas, ipse Deus inuisibiliter plerumque, interdum per sig-
na visibilia suis testibus voluit assistere, eosque velut propria instrumenta sue
potentia dexteraq; dirigere. imo his quasi manu, aut quasi lingua, certe uti inter-
pretibus uti decreuit. Unde fit ut omnibus eos conditionibus præditos esse voluerit,
quæ in teste Somine, ut probetur eius testimonium, requiri solent, sed addidit præ-
ter Humanitatis requisita, presentiam, atque assistentiam sui numinis, eosque spiri-
tui sancto gubernandos subiecit; ut iam non mere Humanum, sed diuinum poti-
us eorum crederetur testimonium. Quare, suas Apostolos ornatos esse statuit Dominus,
et oculata scientia, sine qua vix, aut ne vix quidem testis auctoritatem habet.
Unde ait (Ioan. 3. 11.) diuinum Patris verbum, quæ scimus loquimur, et quæ vidimus
testamur. et quidam non inepte dixit, Pluris esse oculatum testem vnum, quam
auritos decem, et sanctitatem vitæ, quippe cum omnino, qui hæc caret, vel suspi-
tus habeatur, vel reijciatur infamis à testimonio; ac denique fortitudine, atque
constantia, quoniam fieri potest, ut verax quis sit, ac fidelis, hoc est, cum ocula-
ta scientia veritatis, tum optima vita insignis, qui tamen non sit fortis, ac
constans, sed incurso graui timore retrocedat, neque audeat quam tenet, et amat
veritatem protestari. Quare Moses magnus ille Dei minister, et dux Israëliti-
exercitus, Deut. 32. 1. quin etiam et Isaias cap. 1. 2. Propheta euangelicus, ac
si nullos eiusmodi testes haberi posse sperarent, qui fortitudine valerent, atque
constantia, Cælum, terramque testes inuocandos sibi putauerunt. quia scilicet neque
illud unquam retrocedat, sed constans semper ulterius eat, hæc verò nunquam
non immota consistat, suum ue. deserat centrum: in quibus fortitudinis, atque cons-
tantia egregia sunt symbola. Nam verò oculatam scientiam Apostolorum testi-
monia omnia supra initio Suius prærogatiue relata probant: maxime illud; et
vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. q. d. qui testes ocu-
lata estis; sanctitatem vitæ, omnia fere quæ dicta sunt, et quæ in tota Sac. tracta-
tione dicentur abunde satis, atque ad fastidium usque monstrabunt; de constan-

Act. 5. 32.

Sicut in eorum
testimonio.

Apostoli dextera
Dei instrumenta.

Apostoli Dei manus,
Lingua, interpre-
tes.

Deus enim condidit
nos boni testis, cum
in testimonio Apo-
stolorum, et in quibus
est spiritus sanctus
iunctus.

Oculata scientia.

Latet in Deum
conscientia vitæ

fortitudo animi.

15. 1.

Moses

Deut. 32. 1.
Isai. 1. 2.

Caritas bono-
rum testimonium.

Sim et terra
et spiritus sancti Sym-
bolum.

15. 15.



tia, et fortitudine exitus unius cuiusq[ue], et martyrium (de quo mox aliquid dicendum est) sufficiens testimonium reddent. imo cum h[ec] conditiones eadem fere sint, atq[ue] ill[ae], quas cum Tolero supra tribui diximus Spiritui Sancto, ac per ipsum Aposto-
lis; non est cur in his amplius immoremur.

38.

Si tamen animadvertas Apostolos fuisse quasi Christi pedes speciosos illas, quidem, quos Propheta euangelicus commendat. Isai. 52. 7. Pacis annunciatores, simul intelliges significatos per columnas illas marmoreas super bases aureas fundatas. Cant. 5. 15. atq[ue] adeo Veritatis rectitudine, morum vitæq[ue] candore, ac si-
militer firmitatis constantia, et robore fortitudinis fuisse prestantes, immixtos au-
tem scopis Topadium (Apoc. 21. 20.) Spiritus Sancti, Socii est, in Charitate radi-
catos, et fundatos (Ep[ist.] 3. 17.) atq[ue] virtute indutos ab alto. Luc. 24. 49. Agnosces
præterea pedes illius Angeli, qui Christum representat in corpore suo mystico
dictos sicut columnas ignis. Apoc. 10. 1. ut intelligeres Apostolos Spiritus Sancti
igne incensos, inflammatosq[ue]. Quod etiam significatum est in visione illa
mirabili eiusdem Apoc. 1. 15. cum dicitur, et pedes eius similes auricalco sicut in ca-
mino ardenti. si h[ec] Apocalypicos loca velis pluribus explicare, consulte com-
mentariis eruditissimos Alcalari nostri.

39.

At, cur resurrectionis testes nominati sunt, qui pariter mortis, ac vitæ, in
carnationis, et Passionis, Nativitatis, Baptismi, Ieiunij, Predicationis, que-
rum omnium, miraculorum, mysteriarum, quæ de Christo fide tenemus,
fuerint præcones, ac testes? An quod resurrectio fuerit argumentum divini-
tatis potissimum, ut insinuat illud responsum Joannis. 2. 19. 20. con dicen-
tibus Judæis; quid signum ostendis nobis, quia hæc facis? soluit, inquit,
templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. De corporis sui excitatione
id intelligens, an quod hoc signo omnium maximo, cetera omnia confirma-
ta robur acceperint? secundum illud Matt. 12. 39. Generatio mala, et adul-
tera signum querit, et signum non dabitur ei nisi signum Jonæ Prophetæ.
Hoc autem fuit signum resurrectionis, ut ibi explicatur. An deniq[ue] sig-
num hoc, et auctoramentum novi testamenti, ut enim diploma regium,
seu pontificium, nisi in unitum sigillo eorum, ex auctoratum sit, at que-
inane, ita Christi adventus in carne, Nativitas, Passio, et Mortis, et in ver-
bo tota fides inanis, et cassa esset, nisi resurrectionis signo fuisset corrob-
rata, dicente Apostolo 1. Corinth. 15. 14. 15. Si autem Christus non resurrexit,
inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides vestra. inuenimus au-
tem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod
suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt.
Sunt itaq[ue] Apostoli instar arcus versicoloris, Testis in celo fidelis (Ps. 88. 35)
inter nubila pacis fœdera confirmantis. sunt columbæ instar fidelis post
Diluuij inundantes aquas ramum oleæ ad arcam portantis, id est, bonum
pacis nuncium oreferentis. Tessera nempe Apostolica illo verbo constat,
Pax Suæ Domui. Matt. 10. 16. Prudentes illi quidam fuerunt velut Draco-
nes longè, latèq[ue] prospicientes, ne falli possent; velut columbæ simplices
fallere



Apostoli
Christi
eis annunciat
Isai. 52. 7.
Columnas
Cant. 5. 15.
Apoc. 21. 20.
Ep[ist.] 3. 17.
Luc. 24. 49.
Apoc. 10. 1.
Apoc. 1. 15.
Alcalari
per
Obiectis
Teste
Resurrex-
it argum-
entum
Joan. 2. 19.
Signum
Matt. 12. 39.
Sigillum
testament
1. Corinth
14. 15.
Arcus
Ps. 88. 35
Colum-
nica.
Matt. 10.
Apostoli
gentes
fallere

Constantia
Fortitudo
Humilitas

Pauca
Fidelitas
Sanctitas

Apostolatus be
neficiu max
imum cum pen
sionis obre
satis magno
Luc. 24. 48.

Testis, id est
Martyr.

Testimonium
perfectum est
veritatis, cum
morte confirmatur;
obsignaturque
fuso sanguine.

Testimonium no
uum. Et post
obitum Christi
omne congre
gauerunt
ad d. 11. 24.

Apostoli ex offi
cio martyrii.
Preceptum mor
tali quando obli
tatur, et quos?
12. Rescriptio mar
tyrii

ingulsi, iudei
et apostolorum
martyrii. Act. 7.
3. 59. 38.

Sanctum mo
nitionem dicit Sa
l. 14. 91.

Martyrii va
lentinianum

Salus
ad hoc tempore
quod in martyrii
in dicitur per
Luce. 10. 17. 18.
Anticipatione

et in
morte
suam
dignitatem

fallere nescij: viui celi enarrantes Dei gloriam inuariabili motu citati; terra immobi
lis semper existens; nec calcari timuit humilis; nec extinguí, aut perire immortales ani
mi verebantur. idcirco fortes in testificando, atque constantes perstiterunt; et qui rem
altissimam, et supra omnem sensum testati sunt. (ex qua vniuersi mundi bonum,
et Dei summa gloria deriuanda erat) non subortí, cum semper pauperes, ad arbitri
um postulantis; nulla partis alterius suspicione, cuius Conciues, et consortes; et nulla de
niqs nota iniusti, aut leuiter tacti, quijsse sanctissimi. Dignissimi enim verò, quorum
lingua spiritus Sanctus sit locutus (ut ante diximus). Virtutes, vel rudi Minerua
tetigimus Apostolici muneris proprias, ipsius muneris Collophonem, seu coronam pau
cis libemus, non nihilque de martyrio Apostolorum dicamus. Magnum fuit, et pene
inefabile donum, testem fieri resurrectionis Domini, dignitatis eximius Sonus, non
tamen sine onere collatus, ac prestitus. Quid putas esse testem Christo? nisi Marty
rem Christi? Audi Dominum cum Apostolis loquentem Luc. 24. 48. **UMER DE EGEMAGTU
GESTITUM** cum fecit nimirum testes, designatos martyres voluit. Tunc enim testimo
nium perfectum est veritatis, cum morte confirmatur; obsignaturque fuso sanguine.
Vetus illud testamentum, quod Moyse datum est, cesis victimis, et eorum sanguine
confirmatum fuit. Nouum autem sanguine Christi testatoris, et eorum, qui pre
ordinati à Deo testes fuerunt, id est, Apostolorum sanguine consignatum est. Alij =
Martyres fuerunt præter Apostolos. fateor, sed Apostoli ex munere, et officio mar
tyrium subire; ceteri non ita, omnibus planè dictum; si quis vult venire post me
tollat crucem suam et Mat. 16. 24. et qui amat animam suam perdet eam.
Ioan. 12. 25. quibus sententijs præceptum imponitur moriendi pro virtute, si occa
sio, et sors euenerit, quæ id exigat, alias minimè. Verum Apostoli Christi simul
cum munere, mortis præceptum acceperunt: nec poterant quidem assumpto mu
nere Sonoris, onus adiunctum iure recusare. Fecit itaque eos Christus mortis can
didatos, cum martyres, hoc est, testes designauit: neci obiecit, cum suæ resurrec
tionis testes instituit; nec aliud esse putato martyrium, quam testimonium vi
tæ, et sanguinis profusione confirmatum. Hoc verò singulare fuit privilegium,
quod eos sibi simillimos esse voluit, qui vnus dictus est Ps. 88. 38. Testis in celo
fidelis. Habuit enim Patre moriendi pro veritate mandatum Ioan. 14. 31. Sicut
mandatum, inquit, dedit mihi Pater, sic facio. Surgite eamus. quò nam? ad
agònem, ad crucem, ad mortem. Neque verò necessitatem sane moriendi cù
Apostolico officio copulitum ignorasse Apostolos existimaueris, nam cum eis Chris
tus promisit testes, id est, martyres futuros, mox subiecit mortis vaticinium; sed
venit hora, ait, Ioan. 16. 2. Cum omnis qui interficit vos arbitretur obsequium
se prestare Deo, et seu victimam offerre, ut ex Græco manifestum est, et licet
hæc eadem verba, Sæpe sententias, (ut Cardin. Tolæus defendit) alibi non memine
rit; tamen similia, non est dubium, quin aliàs sæpe ob oculos proposituerit; præsertim
quod Mat. cap. 10. 17. 18. nisi fortè anticipatione usus euangelista Mattheus
ibi narrat, quæ paulo ante passionem, (ut Ioannes expressit) à Domino dicta sūt.
Hinc maxime laus, et commendatio augetur Apostolorum, nam quod de Chris
to Domino verè prædicatur ab instanti nempe Incarnationis mente, et cogitatione

40



crucem subisse, id similiter de Apostolis licet dicere, eos scilicet, ex quo designati sunt martyres, seu Apostoli, mortis acerbiter degulasse, et tolerasse tormenta; extunc crucem quemq; suam animo substulisse; extunc se velut agnas luporum dentibus dilaniari, Tyrannorum squitiam presentire cepisse.

41.

At nonne seculi sui alumni charissimis suis, et extremos persoluerent honores, sua morte parentarunt? Quippe qui nihil maius se eis existimarent posse dare quam vitam; sed si maiorem charitatem nemo sciet, quam ut animam det pro amicis suis. Ioan. 15. 13. Quid facerent Christi amore ebrii Apostoli? Hec certe clariora in vita profundeanda, quod eam ex vera charitate, non ex impotenti, atq; imprudenti affectu, scientes, volentesq; pro utanda Christi resurrectionis gloria tradiderunt. Est itaq; Apostolatus comes indiuidua mors, et testi fidei quasi hereditario iure, et successionis vinculo colligatum martyrium. Datum ergo negotium Apostolis testificandi vitam, mortem, Passiones, glorias Christi resurgentis. Quod sane tam preclare, et pro dignitate presterunt, ut non solum ore, sed etiam opere, et insigni plane opere, cum non loquendo tantum, sed moriendo etiam testificati fuerint. Lucernæ ardentes (ut Gregor. de Ioanne Baptista interpretatur) per celeste desiderium, mortis nimirum appetendæ pro Christo, et lucentes per verbum prædicationis veræ fidei, donec manu tyranni extingui permissæ sunt. Similiter Rupertus Abbas ardorem refert ad amorem testificandæ veritatis intrinsecum, lucem, ad verbum, et opus extrinsecum. Vtrumq; verò ad laudem testis diuini, hoc est, Ioannis Baptistæ dictum declarat Maldonatus noster (Ioan. 5. 35.) cuius laus maxima in commentandis euangelij, atq; interpretandis.

42.

Si obijcias, nullum esse inter Christianos, qui non moriatur pro Christo; nam uersi in baptismo cum Christo commoriantur. Respondeo longo interuallo præcedere sanctos Apostolos, ut pote qui Vibapham, hoc est, bis tinctam coco retem, tamquam ecclesiæ Pontifices gestant; neq; semel tantum, sed bis Christo commoriantur, prius flumine, sanguine post loti, ac dealbati. Enim verò Pontifices sunt, et re, et nomine, qui non modo suis corporibus iter hostibus, quominus ecclesiæ muros inuaderent, intercluserunt, ut de fortissimis Romanorum commemorat Tullius; sed et suis ipsorum personis potentem fabricarunt, per quem ceteri omnes liberius possent in regnum penetrare celeste. Significatum est hoc idem Apoc. 21. 14. Nam quid est Apostolorum duodecim nomina pro fundamentis inscripta ostendi nouæ Ierusalem celestis? nisi hoc innui super duodecim Apostolos fundatam, et super impositam grandem, licet molem, totam ecclesiæ catholicæ fabricam. Quod ut clarius intelligas, reuocato ad memoriam, ab imperatore Israhelitici exercitus Hosue ex alueo Iordanis duodecim lapides magnos erutos, atq; in loco eminentiori, et vnde quaq; patulo, erectos, statutosq; ut videlicet essent futuris sæculis testimonium stupendi miraculi repressæ ac cohibite inundationis æstus, suspensi q; impetus, atq; agminis aquarum, ut sicco vestigio per aridum alueum cum arca testamenti prætergredere tur populus ille innumerabili multitudine ad promissam terram. Hoc factum aliquid maius representabat, nimirum duodecim Apostolos ex Iordane tibi piscatoriam faciēbant, siue ex Galilea, quæ hoc flumine aluitur, imo



ex cap.

ex aquis populorum, (nam populi multi aqua multaq; Apoc. 17. 15) siue ex suis saeculi in undante flumine, quod Dominus Iesus sub arca typus adumbratus repressit, duodecim, inquam, Apostolos quasi lapides grandes, seu potius columnas erectos, atq; in apice summo dignitatis collocatos, ut testae essent perpetui Christi Domini morientis, et resurgentis, qui transiit per medias tribulationes suis mundi benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo. Acto. 10. 38. atq; stupendis miraculis ac prodigijs exiit de defluente Iordanis, Socost, cursum rapidum, atq; inundationem viciorum, et peccatoru, ut pede libero quotquot illum sequa, atq; imitari vellent, ad verè uiuentium terram pertransirent. Animaduerte autem duodecim alios, grandes illos quidem, lapides in medio Iordanis fundo collocatos; ubi steterat arca foederis populo transmeante, ut hinc intelligas eosdem duodecim Apostolos in statione periculo sissima, hoc est, in inundantium persecutionum occurru expositos, tamquam certissimq; veritatis testes; qui operiri quidem tormentorum fluctibus, verberari, caedi, conculci, dilaniari, bestijs obijci, flammis tradi potuerunt, moueri tamen, ac deturbari, expelliue de loco, ac vinci quominus de Christo patiente, et resurgente testimonium redderent, nullo timore, nulla spe, nulla vi, aut dolo potuerunt. unde eorum nomine, Paulus ait, 2. Corints. 4. 8. Tribulationem patimur, sed non angustiatur. etc.

Conferto igitur typos, et umbras veteris testamenti, quae in Iosue Christi Iesu imagine processisse ostendimus, cum Apocalypsis prophetica visione Ioanni obiecta, et videbis utrobique duodecim Apostolos designatos. unde cognoscimus eosdem illos, qui in edito monte dignitatis Apostolicae praedicando, et in profundo Sumilitatis, et abiectiois alueo, hoc est, in martyrio patiendo, testimonium de Christo reddiderunt, iam nunc pro fundamentis caelestis Ierusalem, id est, triumphantis Ecclesiae substratos ostendi, dicitq; preciosos, et grandes lapides; ut pote, qui lapides sint fortitudine, preciosi ratione viuendi, fundamenta primatu, ingentes deniq; qualia equum est, tantae mollis, et insignis fabricae fuisse primordia; quia reorū proceres duces primarij, magnates, et optimates, Senatores, et Patres extiterunt.

Nimis ergo honorificati sunt amicitui Deus, cum eos martyres declarasti, et triumphu tui testas delegisti; nimis etiam confortatus est principatus eorum = qui se pro munere, et functione sibi commissa, tantam sibi vim attulerunt, = aut sustinuerunt illatam, ut varijs quasi lapides sculpti tormentis, pedibus omnium conculcati, in unum locum minimè recusarint; ut suis, veluti Athilas caelum, Sumeris, impositam Ecclesiae molem sustentarent, et se ipsi velut lapides in medio substrati fluis, transmeantibus ad caelstem patriam, quasi Pontifices, (ut dicebam supra) pontem affecerint. Sed iam quae Dei summa est potentia, qui per martyrium dei ceteri, et pedibus subiacere videbantur, pro Sumilitate exaltati de Socis ad caput traducti in vertice Ecclesiae, quam coronant, veluti duodecim primae magnitudinis stellae, etiam presente Luna, et sole splendente, promicare cernuntur Apoc. 12. 1. Item qui lapidem angularem Christum pro hominibus probra, ac tormenta tolerantem, cruci affixum, arca lignea aquas transgredientem passionis, credendo, imitando, praedicando, testificando, viriliter circumsteterunt. eundem modo ad dexteram regnantem Patris, et gloria resurgentem pulcherrimo veluti diademate lapides,



Saphirino, Adamantino, smaradigno coronant, atq; in æternum coronabunt. Sed ne illi iure optimo martyrij aureola, dum caput coronant Ecclesie, coronati sunt, qui pro resurrectionis gloria illustranda, sua corpora ferro, ac flammis libenti animo, fortitq; obtulerunt. Gaudium, quo superfuit animiq; de morte triumphatrices, exultant, patientiq; debitum est, fulgor autem immensus, quo supra sydera, et sole clarius resurgentia corpora, splendent, fortitudinis, atq; constantiq; premium, ac merces erit; sed æternus Dei conspectus, arcetissimumq; vinculu, quo mens hiebit Deo sine ullo amittendi metu, verq; Charitati respondet. Osa era aureola aureq; proculdubio pignus Charitatis, O insignis Laurea, que Laureatos longe post relinquit fascos, et triumphos. Verum satis iam de prima Apostolice dignitatis gemma, que tam singularis est; adeo q; ex ea in æstimabilis gloriæ titulus prouenit; ut sine sint promeriti Apostoli Christum habere suq; confessionis testimonium apud Patrem Matth. 10. 32. Charitatis præconem coram Angelis. Marc. 8. 36. integritatis encomiastem in cælis, laudum buccinatore in terra, et illi sedonatum remuneratorem in omnem æternitatem præclarissimum, caput virtutū appellat Augustinus Martyrium, et nos ab hoc capite Apostolorum prerogatiuas non inmerito sumus auspicati.

S. 2. De 2. Prerogatiua Apostolorum.

inter Paucos instar regni procerum numerati sunt.

44.

Dignitatis Apostolice proxima laus est inter paucos locum sortiri: Curiq; regiq; Primas, clauis aureq; administrari, consilij proceres (ut vocant) laterales, regniq; veluti capita paucitate vigent; ceteri numerus sunt, multitudo, ac turba. Pauca vero, ac rara preciosiora; simulta, et passim obuia vilisunt. Paucos igitur esse Domini nūc Iesus decreuit, quos primi nominis, et gradus prerogatiua voluit honorari. Ad messem multam multi deligendi operarij; sed paucos premium nominauit Apostolos: Sis postmodum adiecit alios septuaginta duos, non tamen eodem dignatus est nomine; ne paucis illis ex multitudine aucta quicquam videretur fuisse detractum. De Apostolis illud Isaias 13. 11. Preciosior erit vir auro, et homo murido obrisse. Forcirus si transfert, Preciosiore faciam virum, quam aurum purum, et hominem quam massam ophir. 70. quam lapidem ophir. Leo de Castro cum antiquis Patribus ad paucitatem refert Apostolorum, quorum præstantia eo maior, et precio æstimanda cariori, qua rarior, atq; in paucioribus extitisse cernitur. Rara enim preciosa et sunt, et nominantur. 1. Reg. 3. 1. Sermo domini erat preciosus (id est, rarus, quia paucis se Deus reuelabat) in illis diebus, et sequitur, non erat visio manifesta. id est, non vulgabatur prophetarum oracula. Igitur tam paucos vaticinatur Isaias futuros Apostolos à Christo domino cooptatos, atq; delectos, ut in summo habendi essent precio, uti alias significatum est. Ps. 118. 127. super aurum, et topacium. Atq; ad id pluris æstimandi, quam que rarissima, atq; preciosissima sunt. q. d. seran per las orientales, seran piedras preciosissimas, seran pellas de oro detibar subtilissimo dequilates. August. illud Ps. 119. 4. Posuisti in capite eius coronam de

Apostoli coronati
Ecclesie.
Laurea martyrij coronati.

Primi regni paucos

Rara et preciosa
sim obuia vilisunt

Apostolos
recompensatos

Isai. 13. 11

Forcirus

Septuaginta

Leo de Castro

1. Reg. 3. 1.

Sermo preciosus

Ps. 118. 127.

Apostolos re-compensatos

Ps. 119. 4.

Lapidibus



Lapide precioso, de Apostolis intelligit, dum ita explicat, In principio sermo
 nis eius ambierunt eum lapides preciosi discipuli sui, a quibus exordium
 annunciationis eius fieret. Margaritarum nomine etiam significatos
 Apostolos, iam supra ostensum est initio Suius Theoriae.

~~Quidam~~ Equidem tam inusitatae magnitudinis Margaritaeum gigni
 à natura, ut ex eo fieri ingens queat porta, et tantae latitudinis, atque altitu
 dinis, quam tam populosa, ac frequentis ciuitatis nobilitas, dignitasque exi
 gat, non arbitror. Cur ergo singulas portas caelestis Ierusalem ex singulis
 margaritis Apocalypsis facit? nimirum, ut intelligas Apostolos eis simbo
 licè significatos instar margaritarum maximi aestimandos; nec in precio
 solum, sed in delicijs habendos. Superbolum enim continet illa phrasis inter
 Hispanos, qui de re maxime estimationis, de eleganti, et pulchro somi
 nie, aut femina dicere solent; es una perla, et un grano de oro. imo et
 minus dicentes reuera, maius quid intelligi volunt; quod schema alie
 id inuoluit, quam Tapinosin vocant. Nec aliter explico preciosam illam
 margaritam Mat. 13. 45. pro qua Sabenda euangelicus negociator ven
 didit uniuersam substantiam domus suae. Nam si tanti ullum factum ma
 ringe conche non debeamus aestimare, ut Athaliciis gassis, Hispani uerepis
 thesauris anteforamus: tamen regnum caelorum, quod sub hoc typo mar
 gariti significatum est, dignius proculdubio est, quam uniuersae rei creatae,
 quas sub sole posset homo, vel locupletissimus omnium regum possidere.
 Sunt itaque singuli Apostoli singulae preciosae margaritae; atque ad eam singu
 lae portae regni caelorum; quas ut obtineas, per quas intrandi, ut tibi copia
 fiat, si uere felicitatis amore teneris, sollicitè cura; nec dubites omnes
 tuas diuitias, et quicquid habere potes, in precium, et commutationem
 ducere. hoc est, illud Cant. 8. 7. si dederit homo omnem substantiam
domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Quare Paulus Philip.
 3. 8. existimat omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam
Iesu Christi Domini mei, et arbitratur ut stercora, Graece σκιβαλα id est,
 quae canibus proijciuntur intestina abiecta. Vide Gagnium in Paulum.

Sed ut ad institutum reuocetur oratio, neminem latet, (nec res est
 obscura, sed in media luce posita) in omni genere ea, quae minus sunt
 perfecta, uberius, et copiosius prouenire; nec preciosos modo lapillos, unio
 nes, odores, ac multa alia, quae principiis domus, regumque thesauros
 implent; non illa dumtaxat, quae terra gignit, atque in uentris hominum, vel in
 tra viscera condit, vel extra fundit, et tanquam in gremio exposita omni
 bus offert; sed et haec etiam, quae arte constant, et ingenium, atque indus
 tria parit. Non optima infinita prope esse; optima quaeque, et perfecta
 rarissima. ergo si spiritus primitias, Rom. 8. 23. Sabuerrunt Apostolis
si primi ipsi inter nouas creaturas Dei, dicente Iacobo uno ex duodecim; ut
simus initium creaturae eius: Erasmi translatio; ut essemus primitiae quaedam
suarum creaturarum; debuerunt igitur, et pauci esse, et perfectissimi.

45.

46.



Comparati la
 in dicitur precio
 sis et margar
 tis.
 Cur dicitur
 porta ingens
 ex margariti
 a una fabricata.
 Margaritae
 Apoc. 21.
 Hyperbole
 Apostoli cur
 dicitur mar
 garitae.
 Tapinosin
 Mat. 13. 45.
 Regnum ca
 elorum mag
 nis precij
 pro regno ca
 elorum omnia
 perdenda.
 Cant. 8. 7.
 Philip. 3. 8.
 Rom. 8. 23.
 Iacobus 1. 18.

Fabrorum, Pictorum, aliorumq; artificum ineptias videas ubiq; nec sine stomacho, et nausea videas, affabrè factam, egregiè scalptam, præclarè depictam imaginem, colore, lineamentis, toto vultu, et singulis partibus, membrisq; ad viuum expressam, atq; referentem prototypum, vix, ac ne vix quidem, vel ingenti oblata pecunia reperias. Audiergo. quid Apostoli? nonne vius fuerunt Dei imagines, cælesti penicillo, spiritus sancti scalpello, Christi manu reformatæ? Oportuit ergo perfectissimos, et absolutissimos euadere, ac perinde paucos esse. Hi nempe primarij typi, prima exemplaria, in quæ omnes aspicerent; quorum ex conspectu sese ad rectam viuendi normam effingerent, Deoq; et Christo magis, ac magis conformarent. Sed prohi dolor! exclamare hinc libet, videas vrbes plenas, domos, fora, templa, compita, atq; publicas vias eorum hominum, qui etsi Christum, quia Christiani sunt, representant; tamen imperfectè adeo, vt pudeat, non dico Principem, aut Regem, sed vel mediocrem de plebe virum tam inepta se manu pictoris effectum circumferri. sed o stulti, o pigri! Non sic vos in baptismo tincti. sed quam precioso sanguinis filij Dei colore tinta tam accepistis imaginem, quam dominus Iesus moriendo expollire bellissimè conatus est. Sane ^{vos} inquam, ingrati, prauè viuendo, fædissimè dedecoratam, turpissimè deformatam reddidistis. stultorum nempe plena sunt omnia, horum infinitus est numerus, et passim oculis sese infestissimè obrudunt.

47.

Næ illam maximè laudandam duco consuetudinem, quam vigere puer ipse vidi in nobilissima Academia Complutensi (liceat, quam agnosco matrem, et scio sacrarum literarum primum in Hispania Emporium, hoc in loco Sonoris ergo appellare) vt qui magisterij, doctoratus ue laurea insigniendi sunt, non absq; discrimine, confusè, ac promiscuè, sed pro cuius cuiusq; meritis, ac dignitate, quæ literario examine prout discerni solet, ordine suo nominentur. Primos ergo, secundos, ac tertios, magnos, eximios, splendore literarum præstites esse nemini est dubium! quos tamen paucos, et summo in precio haberi constat. ceteros turbam esse, nectanti esse estimandos sine lite est. Imo cum minoris facultatum gradus plurimi, ac pene innumerabiles obtineant, qui tamen ad Theologiæ sacræ apicem perueniant, sunt paucissimi, ac fere digitis numerandi. si igitur parua magnis licet equare, ac maxima cum minimis conferre fas est: aut si ex humanis debemus diuina pensare, et quasi librare: certum est in schola Christi multos extitisse, varijs illos quidem donorum gradibus decoratos, quæ tamen dona ad mensuram, non tam meriti ipsorum, quam sui arbitrij, et donationis dominus distribuit; sed qui prima, et maxima perceperunt dona, sic cum ceteris conferantur, paucissimi ij sunt, quos inter primi numerantur Apostoli. Eph. 4. 11. Sunt itaq; Apostoli numero = Pauci, cum paucis verò numerari, siue ex paucis vnum esse magna laus est. Priuilegium est, Prærogatiua est. quam sapientes, Reges, Monarchæ sibi haud iniuria vendicant. Dauid quippe sapientissimus dicitur inter tres 2. Reg. 23. 8. Eleabar Ahoites inter tres fortes laudem habuit. ibidem versu 7. Absai quoque frater

2. 8.

Christi imago
Apostolica
Apostoli
Viuentes
Christi
deformant
genam
Complutensis
Academia
Complutensis
Laurati
Dona
Eph. 4. 11
1. Cor. 13. 23
Cum paucis
meriti
Dauid
2. Reg. 23. 8
Eleabar
Absai
Ioab

Banaias.
Asael
2. Reg. 23. 25.
3. Reg. 3. 12.
Cant. 6. 7.
Qui profectus
sunt.

Loab, filius Saruiz Princeps erat detribus. ibidem versu 18. Banaias filius Ioiadz, et ipse nominatur inter tres robustos. ibidem versu 22. qui erant inter triginta robiliores. Asael frater loab inter triginta nominatur, ut dignus maxima laude, cum alijs, quorum cathalogum, si placet, lege. 2. Reg. 23. 25. Salomon unicus in sapientia dictus est, cui similis nec fuisset, nec futurus esset. 3. Reg. 3. 12. Huc pertinere quis dicit illud Cant. 6. 7. ubi Regine breuiori numero, quam concubinae, sed etiam arctiori quam adolescentulz concluduntur. Nam quo perfectiores sunt Dei obsequio addicti animi, eo pauciores esse consueuerunt. Itaque incipientium non est numerus certus, ac definitus; proficientium, ac perfectorum capita numerantur; sed hec minori numero constant. At perfectissima sponsa vna est, singularis est, extra numerum est, velut vnio, cui par alter non est, excipe illum, qui ex milibus sibi longe inferioribus electus est.

S. 3. De 3. Prerogatiua Apostolorum

Certo, hoc est, duo de castulo, numero comprehensi.

Duodenario certo, atq; insigni numero comprehensos Apostolos non caru, sed consilio, et mysterio, dubium non est. quocirca in locum Iudae Proditoris Sanctus Matthias suffectus, Acton. 1. 16. quoniam necesse fuit sine numerum compleri. Magno itaque consilio factum credimus, ut eo numero deligerentur Principes, et Doctores Ecclesie Christiane; quo olim fundata fuit Synagoga, ut huic illa responderet, ex quo, tanquam vmbre corpus, et res vera schemati, et typo, quo representata est. vidit Ioannes in sua Apocalipsi cap. 4. viginti quatuor seniores vestibus candidibus, coronisq; aureis ornatos, in thronis totidem circumsedentes; qui, ut est multorum satis apposita explicatio, duodecim Apostolos, et duodecim Patriarchas representabat. Hos autem Synagoga, illos vero Principes suos agnoscit Ecclesia Catholica. De virginibus cecinit sacrum epithalamium Ps. 44. 17. Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram. q. d. Pro Patriarchis, qui Iudicum populum propagarunt secundum carnem, Apostoli creati sunt eodem numero, qui Christianum populum stabiliant, atq; gubernent, spiritualiterq; multiplicet. illos o sacra Christi sponsa Patres habuisti, siquidem ex semine Abrahaz ortum trahis; hos tamen filios agnoscis ex te assumptos, quos, et Principes constituisti, non super vnum modo populum, vnamue gentem, sed super omnes mundi nationes toto orbe terrarum sparsas, atq; diffusas. Cum idem fuerit ergo, et veteris, et noui testamenti author Deus, duo de castulo, utrumq; hoc est duodecim columnarum numero fundatum esse voluit, ut dixit Irineus contra Martionistas, Valentinianosq; Secreticos lib. 4. cap. 38. Circumsunt itaque Dei sedem tanquam regis sui, quem venerantur hi viginti quatuor Principes, ac veluti regni proceres, atq; Magnates aperto capite sedent candidati; imo et tanquam re bene gata instar triumphatorum coronati.

Sed non abire quidem hic numerus alio placuit, ut preter alios, in sine finem coelectus sit; quoniam iam inde a principio, et creatione mundi, cum celum stellarum ferum astris decorauit, ita voluit illud pulchritudine lucis distinguere, ut tamen duodecim signorum cinxerit ornamento. Per que signa sol. continuo gradens, et celestes illustraret orbem, et inferiora corpora virtute, calore, lucisq; compleret; omnium etiam esset

Act. 1. 16.
5. Matthias.
Synagoga typus
Ecclesie.
Apoc. 4.
Seniores viginti
quatuor
Patriarchas.
Ps. 44. 17.
Patriarchas quasi
proceres Ecclesie,
et populi quasi filij.
Irineus.
Magnas signi
Ecclesie signi
Apostoli quasi
signa
Ecclesie signi
Irineus signi
Irineus signi

48.

40
30



generationum vniuersalis author, et causa. Cur itaq; Sunc in celo numerum Deusiam inde à primordio mundi consecrauit? nonne æquum sit cogitare, extunc Ecclesiæ suæ sanctissimæ sponse in cunabula, atq; prima fundamenta mente complexum, tanquam in tabula, quid suo tempore verè factururus esset, descripsisse? Is ergo, qui non minori cura in staurationem MXXIXOXXO , id est, minoris mundi (sic homo appellari à Philosophis assolet) quam maioris creationem intendit, procurauitq; duodecim Apostolos, tanquam totidem signa, Sydera q; clarissima, in Ecclesiæ celo limpidissimo statuit; quorum pulchritudine, et splendore in nocte, et tenebris aduersorum temporum illustrior appareret; per que etiam in omni genus hominum iustitiæ sal Christus gradiens, ac penetrans lumen fidel, calorem gratiæ, et virtutum omnium fulgores spargeret; sic verò cunctis mortalibus (si modo vellent) spiritualem vitam infunderet. sed vix illis, qui rebelles lumini, errorum suorum latebras amantes sese absconduunt à calore, et luce eius. Hoc est enim iudicium, et damnationis causa perditorum, ac reproborum: quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Ioan. 3. 19.

Apostoli in
ra duodecim
rissima.

Christus per
totes illumi
mundum.

Ioan. 3. 19

50.

Habet præterea duodenarius numerus hoc præcipuum, vt indicet, ac præseferat summam Ecclesiæ perfectionem; quæ laus maximè commendat Apostolicam dignitatem. Atterde quæro, et animaduerte senarium numerum perfectum à mathematicis appellari; imo inter perfectos Sunc primum esse constat. Sic enim primus est, qui partes habet commensurabiles, omnes quippe illum. suæ partes simul sumptæ efficiunt, atq; componunt; quod paucis accidit numeris. Senarius autem bis sumptus duodenarium perficit; quare duodenario dupla significatur perfectio; quæ in Apostolis existit ex interiori cordis, et exteriori operis: Lucernæ quippe erant intus ardentes per desiderium, exterius lucentes per exemplum. vt de Ioanne Baptista dixit Magnus Gregorius, et supra dictum est numero 41. Enim verò tales Dei Summi Christi fides, quam docebant, talis etiam duplex caritatis vis in Deum, et Proximum, quam prædicabant, eos, et exigebat, et efficiebat.

Duodenarius
lecti sum
perfectio
nificatur.
Senarius p
mus m
num perfect

Duodenari
pla perfect
cordis, et op
significatur


Gregorius

51.

Nec solum id mysterij, quod indicaui, hic insinuat numerus; sed est etiam aptissimus ad duo maxima, et præstantissima fidei nostræ mysteria significanda. Etenim efficitur, non modo, ex bis sumpto senario, sed ex quaternario etiam aucto per ternarium. Quatuor nempe ter repetita, duodenarium componunt. Nunc igitur sic Sabeto. Cruce (vt nemo ignorat) symbolum est redemptionis humane per Christum factæ; Cruce autem exprimitur, ac depingitur ex duabus lineis transuersis ad angulos rectos, quarum extremitates in quatuor mundi plagas spectant, Orientem, Occidentem, Aquilonem, et Austrum, vt descriptum est in margine. iam verò crux ter iterata in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti, Hieroglyphicum præsefert sacrosanctæ Trinitatis mysterij ineffabilis. Hæc igitur duo mysteria redemptionis humane, et Trinitatis diuinæ duodenario Apostolorum numero inclusa sunt. Quæ et ipse Apostolus Ioannes indicare in sua Apocalypsi cap. 21. 13. non

Cruce red
tionis sym

Cruce ter
tita, Trini
indicat.



Handwritten decorative flourish or signature at the bottom center of the page.

recusatio

recusavit. Cum de Apostolis, quos sub portarum duodecim symbolo comprehen-
 derat, verba faciens, inquit, Ab Oriente Portæ tres, et ab Aquilone portæ tres, et ab Austro
portæ tres, et ab Occasu portæ tres. Quid igitur? An singulæ diuinarum personarum
 quaternos testes in totidem mundi plagas dederunt; ut duodecim fidei articulos, qui
 bus Summaritatis, atq; diuinitatis doctrina continetur, ore, et opere testarentur, lin-
 gua bipartita pro calamo, pro atramento sanguine proprio testimonium conscri-
 bentes! Nam verò ex nulla mundi regione, nisi per fidem Trinitatis indiuidue ad ecle-
 siam, que regnum celorum dicitur, aditus patere potest. Aditus autem per Apostoli-
 cam doctrinam, et non aliter, inueniendus. Insignis igitur hic numerus, qui tantis
 mysterijs exprimendis fuerit accomodatus, et certus, siquidem pro duodecim por-
 tis regionum significandis definitus est, atq; prescriptus.

Huc etiam pertinet duodecim bouum typus mari aeneo suppositorum. Luc. 7. 25.
 Hinc iam aliqua ex parte dignitatis Apostolicæ encomium apparet, cum enim
 duodecim portæ, ut iam à principio declaratum est, totidem ex margaritis confectæ
 sint, iure optimo nomine Margaritarum Apostoli compellandi sunt. Attende verò
 quam insignes margaritas ex celesti rore conceperit, cum sese concha illa diuina ape-
 ruit ad mare sui sæculi cautibus laborum, et miseriarum scopulis, que pro huma-
 no genere subijt, adherescens, quamq; admirabiles vniones parturijt sue calores sapi-
 entie? quã inestimabiles candore simplicitatis, liquore fidei, pondere discretionis, or-
 be perfectionis, magnitudine deniq; sanctitatis? His enim quinq; virtutibus opti-
 mum quemq; vnionem excellere Plinij etiam antiqui scrutatoris naturæ testimo-
 nio didiscimus. Quid igitur ambigat, si cognouerit, spiritualium mercium audus
 negociator, ac diligens? Omnia iure optimo sua venalia proposuerit, distraxeritq;
 libentissimè, vel pro vna habenda ex his preciosissimis margaritis; quam adep-
 tus, nq; ille felicitissimus, qui celestis regionis portam sibi patefactam inuenit.

Non solum autem portarum margaritis, sed preciosis etiam fundamen-
 tum lapidibus, atq; syderum duodecim corona significati sunt Apostoli: in qui-
 bus metaphoricis dictionibus, ac symbolis excellentior eorum dignitas supra an-
 tiquos Patriarchas eminet, ac manifestior efficitur. Circumstant omnes quidem
 tam Patriarchæ, quam Apostoli Dei thronum, id est, ecclesiam! quoniam vtriq;
 diuersis licet temporibus, distincta ratione, ac modo ecclesie Patres extiterunt, sed dum
 taxat Apostoli caput eius coronant, quia per hos, non autem per illos ecclesia illumi-
 nata caput extulit, atq; inter sydera condit. vnde facile colliges quanto Sonoris,
 et gloriæ distent interuallo à Patriarchis Apostoli, ut libeat illos lunc substracte
 pedibus ecclesie, hos verò syderum diademati capiti imposito comparare. Enimve-
 rò fundamentis Patriarchæ carnalibus, ex quibus ortus Christus, nati Apostoli, deri-
 uata ecclesie initia. At Apostoli perfectioni, et consumationi seruiuerunt, quorum
 fides eminentissima fundamenta iecit, doctrina sincera, ac mirabilis portas re-
 serauit; exemplum deniq; vitæ sanctissimè, ac religiosissimè peractæ coronam
 elaborauit ecclesie, meritissimo itaq; iure nominari possunt, ac debent, preciosi
 lapides, margaritæ insignes, vitam afferentis nodiaci imagines, seu signiferi cla-
 ra sydera. Sed cur, inquis, duodecim portis inscripta cernuntur nomina duodecim

Apr. 11. 13.

Lingua pro a-
 tribus, sanguine
 pro atramento
 ad Apostoli-
 cam doctrinam
 nisi per
 fidem Trinitatis

Typus duode-
 cim bouum sig-
 nificat Aposto-
 los quodam por-
 tantes baptis-
 mum.

Christus con-
 chæ compara-
 tur, Apostoli
 margaritis.

Descriptio vni-
 nis perfectæ.

Plinius.

Matth. 17. 45.

Apostoli prelati
 Patriarchis.

Symbola va-
 ria Antichristi
 contrarium videntur.

52.

53.



tribuum Israël, et fundamentis nomina Apostolorum affixa dicuntur. Hos, ut non vacat mysterio, sic in Apostolice dignitatis laudem redundat. Tam enim murorum fundamenta, quam in muris portę patentes Apostolos, sicut iam diximus innuunt, quia vero hi Isrælitis primum iussi sunt euangelium denunciare, illos ut ad se veniant, et ecclesiam Christi ingrediantur per inscriptionem proprii nominis inuitant. vel potius inscriptio tribuum non ad carnales, et typicos Isrælitis, sed ad veros, et spirituales referenda est. Quod vero ipsi soli post Christum fidei Christianę fundatores esse meruerunt ne quis in eam laudem veteres Patriarchas accenseret, Apostolorum nomina primis, ac fundamentalibus inscripta lapidibus prohibuerunt.

Cur fundamentis Ierusalensis inscriptis sit nomina Isrælitica, portis vero tribuum.

54.

Ex his, quę diximus non modo dignitatem Apostolicam ex duodenario numero aliquatenus cognoscere valeamus, verum etiam cur hoc certo numero, et non alio Christus dominus suos Apostolos elegerit, potest constare, certam prescripsit Apostolis numerum, ne quis in sanctum eorum collegium audax irrueret, aut ab alijs induceretur malignę, qui pro vero Apostolo ab ignotis, atq; exteris gentibus susceperetur. Duodenarium verò prescripsit, quod ad Synagogę typum ecclesię Christianę fabricam decreuerit excitare. Quocirca duodecim tribuum numero, ut quondam duodecim Principes designauit, qui illos ex Agypto erutos ducerent in terram Chanaan, quam promise rat; sic deinceps nouo sæculo gratię duodecim Apostolos dedit, qui extenēbris peccati in Dei lumien, et regnum transferrent, omnes quippe fideles pertinent spiritua liter ad duodecim tribus, omnesq; dicuntur filij Abrahę, atq; Isræel, ut suo loco explicabo.

Cur certum no selecti sint Apostoli? duodenarius Apo Tribus 12 d. Sto.

S. 4. DE PREROGATIUA 4. APOSTOLORUM. Multis ac varijs typis in veteri testamento presignati a Deo.

55.

Apostolos duodenario comprehensos numero oraculorum sacrorum satis multa portendunt. Sęc verò eò maior est laus, magisq; notanda prerogatiua, quo paucioribus contigit. Quotus enim quisq; Sanę sortitus est gloriám, pręter Christum Dominum, et sanctissimam eius parentem virginem Mariam, pręterq; Pręcursoram Baptistam Christi, nisi Apostoli duodecim Christi, et ipsa Christi sponsa ecclesia? Pręterea rarissimos mihi assignabis prophetici oraculis claros, colligit non aspernandus quidem author Hugo Cardinalis breuem summam, quam libet hic describere penę eius, et verbis, et ordine. sic enim habet, Duodenarius pręter duodecim Apostolos, sacratus est in euangelio. Hi nomye duodecim sunt ho diei totum illuminantes mundum doctrinę cęlestis immensa claritate. Iam n. q. Hi duodecim Patriarchę spiritalis generationis principia exhibentes. Gen. 22. et 30. 9835. Hi Principes duodecim veri Israhel salutaria domini pręcepta verbo, et opere promulgantes. Num. 2. Hi duodecim fontes in mansione Helim scaturientes, et ecclesię hortos viuę irrigantes vridis. Exod. 15. 27. Hi lapides preciosi duodecim in sacerdotali veste. Exod. 28. 15. Sanctitate vitę, et splendore virtutis mirum in modum profluentes, et ecclesiam, quę Christi vestis est inconsutilis illuminantes. Hi duodecim panes propositionis Leuit. 24. 5. ante dei conspectum constituti semper, atq; viuifico ecclesię militantis legiones pabulo nutrientes. Hi exploratores duodecim in

Oraculis prophetici non multi sunt.

Hugo Cardinalis Duodenarius oraculorum

Leuit. 22. 24. Hi duodecim Tribus

Num. 2. 27. Hi duodecim Tribus

Exod. 28. 15. Hi duodecim Tribus

Leuit. 24. 5. Hi duodecim Tribus



Num. 13. 26. Promissionis terram præmissi. Num. 13. 26. Et vitæ viam planam tamquam digito ~~manu~~ com-
 mostrantes. Hi altaris sacri lapides duodecim exod. 24. 6. Dominiq; passionis fidei præ-
 libantes, et contestantes. Hi vituli duodecim immolati per Moysen. exod. 24. 5. Domino se ip-
 sos consecrantes. Hi duodecim lapides ex sicco Iordanis alveo sublatis, et in Galgalæ erecti
 colle. Iosue. 4. 3. primarios articulos fidei duodecim indicantes. Hi boves duodecim æneo
 mari subiecti. Reg. 7. 25. Baptismi sacri gratiam quoquo versus inferentes, et spar-
 gentes. Hi duodecim leones in throni Salomonici gradibus hinc, ~~isthinc~~ instantes. 3. Reg. 10. 20.
 et ecclesiq; quæ Dei thronus est, hostibus fortissimè obsistentes. Hi duodecim portæ ciui-
 tatis eximiq; quæ per visum ostensa est Ieremias. 48. Clauium potesta-
 te, cælorum aditum reserantes. Hi duodecim viua fundamenta supernæ Ierusalem
 Apoc. 21. 19. precibus, meritis q; et præclari viuendi monitis, ac institutis spirta-
 lem fabricam sanctorum fulciantes, atq; sustentantes. Hi duodecim stellæ circum
 sponsæ Christi caput emicantes Apoc. 12. 1. sueq; eam protectionis clypeo coronantes.
 Ps. 17. 3. Flacterus Hugo licet minus ornate.

Adde præterea. Sunt etiam hi duodecim prophete, et si etate minores, donis tamè
 maiores, quibus ceteros præstiterunt sanctos, sua verò institutione vitæ, vitæ æternæ
 gaudia portendentes. Unde non abs re portanti viri appellantur, à quodam minore
 Nate Iacob. 3. 8. Hi similiter alij duodecim lapides in medio Iordanis alveo erecti, et
 stantes inter undas. Iosue. 4. 9. laborum, et contentionum Suius vitæ impetum pati-
 entissimè sustinentes. Hi duodecim insuper lapides per Heliam in altaris formam
 compositi. 3. Reg. 18. 32. et Særeticorum nefaria dogmata conuellentes, sectarios co-
 arguentes, et confodientes per certa miracula. Hi sunt item duodecim antesignani,
 seu vexilliferi militiq; Christianæ circa tabernaculum fœderis, id est, Romanam salem,
 castra metantes. Num. 1. omnia ad Spiritus sancti motionem, ductumq; moderantes.

Ex Toletis in Luc. 6. Hi iuvenes duodecim, quos Moses misit exod. 24. 5. 6. vt offer-
 rent holocausta, et pacificas victimas in confirmationem pacti initi à Deo cum popu-
 lo Israël; in typum scilicet noui testamenti, quod sanguis Christi in eucharistico sacri-
 ficio confirmat. Hi similiter duodecim iudices, qui cum vniuersa, atq; integra potes-
 tate verum gubernarunt Israël. Sunt verò antiquorum iudicum nomina. Othoni-
 el, Hod, Sagar, Barac, cum Debora. Prophetide, Gedeon, Thola, Aair, Septe, Abisan,
 Aialon, Abdon, Sanson, Isaias 1. 26. videtur ad hos iudices allusisse cum ait; et restituum
 iudices tuos, sicut fuerunt prius, et consiliarios tuos, sicut antiquitus est. Hos verò fore Ap-
 tolos sententia est Basilij, quam alij secuti sunt interpretes. Item ex Iustino Martyre
 Hi sunt duodecim aurea tintinabula è veste Pontificis summi pendula, quorum so-
 nus exijt in totum orbem terrarum.

Ex Beda, Hi sunt etiam duodecim signa Zodiaci, per quæ verus Iustitiæ sol gra-
 diens totum orbem lustrat, Luna etiam, id est, ecclesia errorum tenebras fugat. Ex eodè
 et Sedulio, Hi duodecim menses, per quos vitæ nostræ anni currunt, ac mensurantur,
 centè Apostolica Doctrina, atq; exemplo mensurari debent. In alas nubes (Isa. 60. 8.)
 In agiles columbas, hoc est, Apostolos impulsos austro vehementi ad vniuersam terram
 spargendam cælestis imbre Doctrinæ, et frequenti cursu, nec minori pernicitate ad petra
 foramina, cauernamq; maceris (Cant. 2. 14) id est, ad Christi vulnera, tamquam ad

Nim. 13. 26.
 Exploratores duo
 Exod. 24. 6.
 Lapidis duodecim
 altaris sacri
 Exod. 24. 5.
 Vituli 12.
 Iosue 4. 3.
 Lapidis 12. ex
 sicco Iordanis
 Exod. 24. 5.
 Boves 12. æneo
 mari
 Reg. 7. 25.
 Leones 12.
 Throni Salomonici
 Apoc. 21. 19.
 Precibus, meritis q;
 et præclari viuendi
 monitis, ac institutis
 spiritalem fabricam
 sanctorum fulciantes,
 atq; sustentantes.
 Apoc. 12. 1.
 Stellæ 12. circum
 sponsæ Christi caput
 emicantes
 Apoc. 12. 1.
 Flacterus Hugo
 licet minus ornate.
 Prophete 12.
 vitæ æternæ
 gaudia portendentes.
 Iosue 4. 9.
 Lapidis 12. in
 medio Iordanis
 alveo erecti
 3. Reg. 18. 32.
 Lapidis 12. alta-
 ris Helie.
 Vexilliferi 12. circa
 tabernaculum fœderis.
 Num. 1.
 Toletis in Luc. 6.
 Iuvenes 12.
 Exod. 24. 5. 6.
 Iudices 12.
 nomina.
 Othoniel, Hod, Sagar,
 Barac, cum Debora.
 Prophetide, Gedeon,
 Thola, Aair, Septe,
 Abisan, Aialon,
 Abdon, Sanson,
 Isaias 1. 26.
 Basilij, quam alij
 secuti sunt interpretes.
 Iustino Martyre
 Tintinabula 12.
 aurea.
 Beda.
 Signa Zodiaci 12.
 Luna etiam.
 Sedulio.
 Menses 12.
 Apostolica Doctrina,
 atq; exemplo mensurari
 debent.
 Nubes (Isa. 60. 8.)
 Columbas.
 Apostolos impulsos
 austro vehementi
 ad vniuersam terram
 spargendam
 cælestis imbre
 Doctrinæ,
 et frequenti cursu,
 nec minori pernicitate
 ad petra
 foramina,
 cauernamq; maceris
 (Cant. 2. 14)
 id est, ad Christi
 vulnera,
 tamquam ad



proprias sedes remeantes per orationis assiduitatem. En etiam miluos congregatos
Isai. 34. 15. vel Cervas potius iuxta 70. interpretum translationem, nam Apostolice
pus gratiæ, idest, suum cognoverunt secundum Prophetam, Hierem. 8. 7. ut pias
venarentur animas, ex Orcibus ereptas faucibus Domino Deo offerrent, vel instar
pernicissimarum Ceruarum cunctos terq. angulos velocissimo cursu peragrantes ex la-
tebris viciorum afflatos spiritu peccatores serpentium more viventes erutos =
attraxerunt, atq. dentibus comminutos devorarunt, ac deglutierunt, imo in novam
creaturam diuino spiritu adnitente transmutarunt. Ecce deniq. portas, ecce marga-
ritas per quas celestis Jerusalem ingressus omnibus vndiq. patet. Apoc. 21. 21. Hæc
breuiter collecta, et raptim exposita in hac prærogatiua tamquam in propriis
locum adscribenda duximus. Veruntamen alijs etiam locis quorundam explica-
tionem subtiliùs enucleatam ac fusiùs accommodabimus.

S. 5. De s. Prærogatiua Apostolorum.

A Christo domino mirabiliter vocati, et ex turba disci-
pulorum ad munus electi Apostolicum.

Electos à Christo domino Apostolos constat 1. ex Lucæ 6. 12. 13. Factum est autem
inquit, in illis diebus exiit (Jesus) in montem orare, et erat pernoctans in oratio-
ne Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis
quos et Apostolos nominauit. 2. ex Marci. 3. 13. 14. Et ascendens in montem Le-
sus vocauit ad se, quos voluit ipse, et venerunt ad eum, et fecit ut essent duode-
cim cum illo, et ut mitteret eos predicare. Vicio scribentium (vt ait Maldonat)
videntur verba transposita, nam legendum erat, fecit duodecim, idest, elegit,
mox adiungendum, ut essent cum illo. et quo significatur finis electionis,
Græca sic habent. ἤ ἐποίησεν δώδεκα ἀποστόλους + Erasmus sic reddidit, et fecit duode-
cim ut essent secum. sed idem sensus manet etiam transpositis verbis, vt asse-
uerat Barradas in Concord.

+ Mz] au]o

Ex tribus fere colligitur in hac narratione prærogatiua, et excellentia mu-
neris Apostolice, nimirum ex eligente, ex electis, ex electione, atq. vt hinc ordiar
probationem, electio facta primùm discipulorum ex turba hominum magno numero, de
inde Apostolorum ex paruo discipulorum conuentu; vt videas bis secretos Apostolos, semel
ex plebe, iterum ex primoribus, et electis. Farinæ optime non iniuria florem dixeris, idest,
el moyuelo de que se hace el pan floreado. erant nempe futuri panes propositionis
in conspectu Domini Iesu semper stant: fecit duodecim ut essent cum illo. Su pan quo
tidiano, sine quo nunquam viueret, vulgus hominum fursuris instar: discipuli omnes
farinæ instar semel expurgatæ; at Apostoli veluti farina iterum, atq. iterum limpidis-
sima, atq. tenuissima, discretionis, atq. consilij tela transfusa, atq. repurgata. Item
dici possent triticum candens, seu candidulum (vt dicunt Bethici) purissimum, et elec-
tum granum ex grano, ex puluere paleæq. purgatissimum, imo Vin oras, et coraliam que
rapiunt oculos, Hispanicè, trigo espellado, es cogido grano por grano, vel grano lim-
pio de poluo, y paba, y grands de alfofar, y coralas que se uienen a los sos. Regius huius
rei typus præcessisse videtur in promissione facta Abrahamo Patriarchæ, cuius posteri fe-
turi essent innumerabiles, sicut puluis terræ Gen. 13. 16. et sicut stellæ cæli. Gen. 15. 5. =



Milui
Isai. 34. 15.
Cervæ iuxta
Hierem. 8. 7.
Porte. Mar-
nitæ.
Apoc. 21. 21.
Luc. 6. 12.
Marci. 3. 13.
Maldonat
Erasmus
Barr. das
Dignitas
electionis
Sera
quid
Flos fan-
niticæ
li.
Panes Prop-
tionis.
Circ
Fid
Can
Tricum
Gen. 13. 16.
Gen. 15. 5.
Typus
Gen. 13. 16.
Gen. 15. 5.
magnum

magnum profecto discrimen inter puluerem, et stellas plus distant hę ab illo, quam ex-
 lum distat à terra. Sed opinor hac differentia predictum fuisse fideles, quorum pater est
 Abrahamus, quosdam carnales videlicet, et parum religiosos, quasi puluerem futuros,
 innumerabiles certè, sed non tanti estimandos apud Deum; alios verò, id est, sanctiores,
 pios, Deum timentes, tamquam stellas fore, vix quidem numerabiles, tamen fulgidas,
 et splendentes in perpetuas eternitates, maximi etiam habendos apud Deum. sed iam
 inter stellas non exigua differentia est. stella enim à stella differt in claritate, ut tes-
 tatur Apostolus 1. Cor. 15. 41. Atq; adeò quędam minores, quędam maiores sunt. sex
 nempe differentias magnitudinis discernunt Mathematici; inter has Apostolos libet
 stellas primę magnitudinis appellare; ut hinc consideres quanto intervalllo estima-
 tionis ab alijs discipulis separati sint. Apostoli, quanta luce fulgeant, quanta mundi-
 tia, et candore vitę respicendeant.

Magna certè lux inesse debuit ijs, qui futuri erant oculi, eximia mundities, et
 candor ijs, qui dentes futuri, non typici Iudę Gen. 49. 12. sed veri domini Iesu mundi ser-
 uatoris; cuius gratia illud elogium scriptum est; Pulchriores oculi eius vino, et dentes
 eius lacte candidiores. Nonne oculos appellabis Apostolos? qui ideo electi, ut cum Chris-
 to essent, spectatores scilicet, et testes omnium operum illius, virtutum, miracu-
 lorum, Passionis, mortis, atq; resurrectionis. Nonne dentes illos agnosces? qui
 propter electi, ut per euangelij predicationem, et frangerent panem, et veluti
 premansum pueris desiderantibus, hoc est, simplicitatem Christianam professis
 in os mitterent. sed enucleatius hunc Genesis locum explicemus, et quam apte qua-
 eret Apostolis videamus; in oculis, in dentibus etiam tria sunt consideranda, quę ad
 pulchritudinem mirę conducunt (quę etiam notanda credidit Abulensis episcop.)
 figura scilicet, situs, et color. At qui oculis sanè congruit, ut grandiores, ut altiores,
 ut viuidiores sint. Dentibus verò conuenit, ut sint minutuli, iuncti apte, candiduli. =
 quę sex siue virtutes, siue excellentię signa in Apostolico gradu mirum in modum elu-
 cebant; cui inerat fides maxima, spes altissima, zelus ardentissimus animarum,
 humilitas profundissima, Charitas perfectissima, candor simplicissimus pectoris.
 Hę veluti sex alę Isai. 6. 2. ita hos angelos duodecim exornant, ut prima, et tertia fa-
 ciem velare, quarta sextagis pedes obtegere; secunda ac quinta in cęlum volare vel
 le videantur. eorum quippe conuersatio cum Christo in cęlis Philip. 3. 20. ac de cęles-
 tibus erat. Hi oculi atq; dubio pulchriores, atq; adeò potentiores vino ad calfaciendos
 animos, inebriandos homines, ac transferendos, non in belluas (ut pocula Circes apud
 Homerum) sed (ut vbera sponsi. Cant. 1. 1.) in Angelos, atq; cęlestes spiritus. Hi etiam
 dentes lacte candidiores, et suauiores ad lactandos, et alendos novos fidei candidatos,
 seu ecclēię Christianę neophitos enutriendos. Hi oculi dum radiorum spiculis pec-
 tora figunt, Christo subdita efficiunt iuxta illud Davidici spithalamij Ps. 44. 6.
 Sagittę tuę acutę (Populi subte cadent) in corda inimicorum regis. Hi dentes =
 dum verba exterius fendunt, corda interiorius conficiunt, imo afficiunt, et captiua
 trahunt ad vincula Christi, non dura, sed mollia, non ferrea, sed aurea. De his
 oculis illud intellige Cant. 5. 12. Oculi eius sicut columbę nimirum aucupio paratę, quę
 Columbarum impericia, oculorum pulchritudine captas alias secum rapiunt, à rapacitate apud Hispanas

Cur filij Abrahę
 compari sint
 ta pulueris cur
 etiam stellas?
 1. Cor. 15. 41.
 Apostoli stellę
 primę magnitudi-
 nis
 Apostoli oculi,
 et dentes Christi
 Gen. 49. 12.
 Illudatur, et
 explicatur.
 Abulensis
 Descriptio oculi
 cum dentium
 in similitudine
 Sex virtutes
 Apollonij.
 Seraphim alę
 quę volant
 Cant. 1. 1.
 Circa vbera
 sponseris.
 Cant. 1. 1.
 Cant. 5. 12.
 Columbarum
 impericia.

60.

50



Bethicos raptrices, robadoras, ladronas, nuncupatę. quippe quarum usu, et aucupio Domini earum aliena diripiunt, exhauriuntq; columbaria. Alludit Sicut Isai. 60. 8. cum non sine admiratione ita rogat: qui sunt isti, qui ut nubes volant, et sicut columbę ad fenestras suas. quod sine dubio de Apostolis intelligitur. De his dentibus illud explicari facile potest. Cant. 4. 2. Dentes tui sicut greges tonsarum, quę ascenderunt de lauacro, omnes gemelis fetibus, et sterilis non est in eis. Oves quidem Apostoli, sed inter lupos missi. Mat. 10. 16. uictrices tamen licet suo lotę sanguine, simul cum sanguine agni, qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. 29. atq; ex diuino spiritu per amorem concipientes binos fetus, hoc est, fertiles fructus mutui amoris, et charitatis tam Dei, quam proximi, Domino pariunt. Dum enim pro fide, quam proq; dicant, inori haud timent, innumeras ad Christi vexillum hominum greges allciunt, et pertrahunt. diuina planę electio, ex quatuor pulchri oculi, tam candentes, præstantesq; dentes, tam fulgida sydera Ecclesię donata sunt, sed de his ipsis electis pauca subiicio.

61.

Ex parte eorum, qui electi sunt, dignitas Apostolica minimę decrescere iudicanda est, aut minus splendoris habere; quod nullis ipsorum meritis debita, au colata fuerit; imo augetur, potius extolliturq; cum eam illi nequaquam per ambitionem, aut fraudem fuerint consecuti, sed per obedientiam, et Dei imperium ac ceperint; vocauit, inquit, ad se quos voluit ipse, et uenerunt. Paruerunt uocanti, uolenti, et iubenti assenserunt; non precio obligarunt, non precibus coegerunt, sed sponte imperanti molliter obtemperarunt. Hęc ampla, et nobilis portadignitatum, alia illa foramina, seu rupturę ouilis introire cupientes arctantia, et comprimantia. Foramina quidem per tenebras suffudit ambitio; portam inter Oiu aperit iusta, ac diuina uocatio. Cum dicit, inquit, Luc. 6. 12. factus esset uocauit ad se discipulos. et Hebr. 5. 4. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. sic Paulus Rom. 1. 1. et 1. Cor. 1. 1. sic Moyses Exod. 3. 10. 11. sic Hierem. 1. 1. non solum autem electi dignitatem non quęsiere per ambitionem, sed neq; per merita; quę ex se nulla habuere; ut omnium nomine Paulus ingenuę fatetur 1. Cor. 3. 5. 6. Non quid sufficientes simus, ait, cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. quocirca una Christi Domini uoluntas eos eligendi causa fuit, quę explicata est a Marco; vocauit, inquit, ad se quos voluit ipse. Non certe, qui meruerunt, seu ambierunt, sed quos uoluit ipse Dominus Iesus. quod et in memoriam reuocauit aliquando Ioan. 15. 16. Non uos me elegistis, ait, sed ego elegi uos. id est, non ueluo studio, uel merito, sed meę uoluntati acceptam referre debetis electionem uelhi.

62.

nam uerõ ex hoc capite, id est, ab eligente dignitatis Apostolicę sublimitas maximę exurgit. enim uerõ non populari tumultu, non Magnatum contentione, non regis, seu imperatoris arbitrio, non rei publicę, dominatus uel auctoritate, ac potentia, sed Iesu Christi, id est, Regis regum, atq; uniuersę terrę Principis (Apoc. 1. 5) uoluntate, et auctoritate uocati, electi, nominati, creati sunt Apostoli; uoluntate, inquam, non tantum humana, sed diuina uerõ, ac naturalis filij Dei sub hominis specie, habitu, formaq; latentis, seu inter homines degen-



his. Cum enim Christus homo Deusque esset in una persona duplicem retinens natu-
 ram; ideo quicquid humana statuebat voluntas, similiter et diuina probabat, siquidem
 eadem in utraque natura persona volendi actus exercebat; et licet quatenus homo
 ut erat ecclesie caput in oratione pernoctauit, de electione facienda deliberauit, dis-
 cipulos vocauit, fecit, et nominauit Apostolos; tamen his omnibus actionibus ipsa vo-
 luntas diuina, sicut idem ipse met quatenus Deus prestabat consensum, ergo, et ho-
 minis, et Dei voluntate, potestate, authoritate Apostoli electi sunt. quod eximium fuit
 priuilegium. Hoc vero quanti estimandum doceat Paulus, infra patebit, cum sane
 ei Prerogatiuam non defuisse monstrabimus.

At, dicit nescio quis, aduersus hęc. cur pernoctauit Christus in oratione ad Deū,
 si voluntate solum, non autem ratione, consilio, prudentia fuerat electionem factur-
 us; quod si ratione, et consilio usus est; igitur deliberandum ei fuit; si verò deliberandi
 causa non est, nisi in re dubia; quid dubij esse poterat, ubi nulla merita attendenda,
 nulla ratio personarum habenda; sed pro voluntate omnia agenda, atque exequen-
 da? Huic questioni facile responderi solet; ut nos doceret, non quia indigeret, ad de-
 liberandum orationem electioni à Christo premissam; Nam in rebus, grauioribus
 presertim, ac periculo expositis, premissenda semper oratio est, consulendusque Deus,
 atque rogandus; si nolumus ab scopo, et certo fine aberrare. Nihilominus præterea
 dicendum est, negari non licere, Christum Dominum ratione, et consilio, summaque
 prudentia usum, inductumque, ut hos potius quam alios facere vellent Apostolos. Etenim
 si sua voluntate elegit duodecim, nec plures, nec pauciores; cur autem id fecerit, cur
 voluerit, multę causę, multę rationes afferuntur; ut supra vidimus; ut negemus
 hos potius, quam illos eligendi, certas etiam rationes habuisse, nulla est ratio, nulla
 causa suppetit. Habuit ergo certas causas, quę nos latent, et dubium non est (ut sa-
 pienter Maldonatus noster annotauit) quin, si non merita, naturę saltem Sabilita-
 tem aliquam, et capacitatem maiorem Christus considerauerit, quę si non idoneos,
 at minus ineptos ad tantum munus faciebat. Cur enim non faceret Christus, quod
 prudentissimus quisque facit magister, cum ex ineptis, et rudibus ingeniosos magis,
 meliorisque indole præditos secernit; quos docendo aptos, et eruditos efficiat; Artifex
 certe non quodlibet lignum statuę exculpens, sed Sabile magis sculpturę, et expri-
 mendę arti accommodatius assumit. Necesse est igitur ut fatearis eos electos, qui
 si tanto muneri idonei non erant, nec digni ut eligerentur, erant tamen Sabiliores
 diuinis moribus excipiendis, celestique doctrine addiscendę maxime apti; nihilque in
 illis fuisse de merito; quod oculos posset offendere diuinę bonitatis; eo saltem quo
 electi sunt articulo temporis. Quin etiam necesse est, ut alij alijs fuissent præstan-
 tiores, ac prouectiores; siquidem iam dies non paucos in tam insigni schola versati
 erant; Dederantque sui ingenij eruditionis specimen; ut non immerito electi à Do-
 mino inter discipulos optimi credantur. Quia propter Christi voluntas suę rationi
 maxime fuit consentanea; fecit itaque quos voluit Apostolos; neminem autem voluit,
 quem velle non debuisset ex perpensa ratione, et diuino consilio. In huius rei confir-
 mationem Dauidica electio maxime consentanea est. quęsiuit, ait, sacer scriptor
 1. Reg. 13. 14. Dominus sibi virum iuxta cor suum; et præcepit ei, ut esset dux super po-

pulum suum. Remoto itaq[ue] Saule propter inobedientia[m] peccatum, Dauidem elegit obedi-
entissimum. quis autem dubitat licet non meritorum, tamen habitatis ad regnu[m]
in Dauidem considerationem a Deo habitam fuisse, cum ex fratribus minimum natu
ex filijs Iese, postremo sibi eligendum per Samuellem deponeret. 1. Reg. 16. 9. 12. Cur
Eliabum natu[m] maximum reijcit dominus, Dauidem minimum approbat? quorum na-
turae dotes externae neq[ue] abire commemorantur, sed non tam has, quam internas.
virtutes respexit. unde subditur; Homo videt ea, quae parent, Dominus autem in-
tuatur cor. Habuit igitur cordis, bonaeq[ue] voluntatis rationem; ut non modo Sauli, sed
etiam fratribus septem Dauidem proponendum vellet. Quod itaq[ue] fecisse dominum
constat in eligendo Dauidem, et regno proficiendo terreno, cur dubitemus in eligendis
Apostolis, et caelesti regno proficiendis, eodem modo fecisse?

Saul reijcit
regno propo-
nentem
Dauid elec-
tum quia
1. Reg. 16. 9.
Eliabo et fr-
atris Dauid
reijcit
Dominus in-
tuatur cor

64

Illud vero perpende quod Rex Propheta cecinit Ps. 7. 9. Consumetur nequitia
peccatorum, et diriges iustum, scrutans corda, et venes Deus. Qui novit intus laten-
tem nequitiam, is reijcit peccatores, deligit iustos; quos tamen ipse iustos facit: ex quo
crediderim omnes, cum a Christo electi sunt, Apostolos iustos, etiam Iudam, qui tamen
postea sua voluntate iustitiam perdidit. Non tamen sine inferre licet, reliquos, qui
electi non sunt, iustitia caruisse. Verumtamen non interiorum dumtaxat dispositionem,
sed exteriorum etiam a Christo consideratam, ex eo colligi potest, quod in veteri lege, in ty-
pum certae novae prescriptionis erat, ut certa etate, et aptitudine corporis sacerdotes eligeren-
tur sine ullo defectu, et macula, quae vel populum posset offendere, vel ineptos ad sacra
ministeria fecisset. igitur neq[ue] pueros, neq[ue] decrepitos, nec claudum, exumue, aut alia nota
et vicio iniustum ad Apostolicae dignitatis functiones vocari par fuit. fuit ergo consilio, et pru-
dentiae locus in hac electione. quae tamen non minora indicat vigilans orationis in Chris-
to cura. quin potius haec docet Christum, hominem fecisse humanoq[ue] modo, et ratione
suas actiones peragere solitum; unde nobis vivendi, et recte agendi exempla suppeteret
Errare minimè poterat, in quo omnes erant thesauri sapientiae, et scientiae Dei abscon-
diti. Verum ex his thesauris exprimentam putabat eam prudentiam, ut non sine ratione,
non sine oratione, non sine consilio Patris, et suo, quia Deus erat, et spiritus sancti assis-
tentia Apostolicam electionem peragendam existimaret. Electi itaq[ue] sunt Apostoli non
humana tantum, sed divina etiam auctoritate; imò divina absolute dicendi sunt aucto-
ritate electi; siquidem a persona divina, id est, a Christo Dei filio, et Deo vero electi sunt
qua electione ceterae omnes siue a rege, siue a republica, siue a plebe, siue ab opti-
matibus, siue ab universo simul populo, siue per sortem, siue per suffragia, siue per
generis propagationem, ac ius hereditarium, siue quovis alio modo, ut puta, quae
humanae sunt, longe inferiores sunt. imò si quae a Deo factae fuerunt etiam in lege
vel scripta vel naturali, quoniam non proximè, et immediate a Deo, sed aut per ho-
minem, aut per Angelum celebratae, minus utiq[ue] celebres extiterunt.

Ps. 7. 9.
Iudae iustus
cum fuit Da-
vid
typus sacra-
mentorum
Sacerdos qui
Orationis
lani coram
Christi sum-
mo suavitati
nos facit
nobis ex
essent, et
tionis
col. 2. 3.
Ratione, or-
atione, et con-
silio Patris
Christi
electi electi
Electio cu-
ma!
Viri electi
mori
Filius qui
non per
membrum
amplificat
neque

65

Circumstantias vero, quae hanc electionem commendant, ex illo pende, et no-
ta versiculo, quis, quid, ubi, quibus auxilijs? cur, quomodo, quando? quas breviter ita
persequor. Quis? qui errare nequit, falli non potest, magister bonus Dei sapientia,
eterni Patris verbum, sub nube carnis obvelatum apparet, Iesus Christus. quid,
vocat Discipulos, elegit duodecim, nominat Apostolos, non eruit tamquam ex caverna,



neq; voluit ex rupe excidit primas ecclesie columnas; sed ex frequenti schola sectatorum optimum quemq; assumpsit. creavit itaq; Apostolos, et quasi ex nihilo effinxit eos, quos nulli sibi meritis exigentibus profecit ecclesie suq; vbi? In tanta numerum perfectq; vite symbolo; non tamen supra stelli ferum celum vel Empyreum, sed in terra, quippe qui eos hominibus proficeret, non Angelis. quibus auxilijs? non tam humanis, quam diuinis, quq; et deuota erant sanctq; humanitati ad dignitatem personq; reru, in qua subsistebat; et nihilominus per orationis pernoctationem nullo titulo impetrauit a Deo. Magni vero momenti negocium moliebatur, qui id tam longa preparauit prece. Cur? ut haberet eos suorum operum oculatas testas, et promulgatores veros. quomodo? Non quo solent homines quidam magistratus designare, ac munera rei publice conferre, odio affecti, aut amore illecti, pecunia ue subornati, sed proposita Dei gloria, et ecclesie suq; vtilitate. Itaq; fecit, et expedit rem absoluit, quam satis longa meditatione, et oratione disposuerat. quando? Non per tenebris, sed clara luce, lucem enim amat, qui bene agit, et gaus sue electionis opus lucis erat; matutino autem tempore, quia ut quidam scite ait, prius quam incipias consulto, postquam consuleris mature factu opus est. maturauit igitur electionem post longam orationem; elegit etiam non nouitias, sed diu versatas in sua schola; Nam Neophiti non sunt cito vocandi ad dignitates, ne in superbiam elati, ruant miseri. quid Christus Dominus pernoctans in oratione presterit, quam reuerentiam Patri exhibuerit; quid pro fundamentis ecclesie petierit; quomodo totam ecclesie fabricam diuino spiritu commendarit, alibi Deo annuente dicemus.

S. C. De C. Prerogatiua Apostolorum.
Celesti doctrina singulariter instituti.

Apostolos celesti doctrina imbutos, et a Christo Domino singulariter institutos, atq; edoctos omnis fere euangelicq; historiq; Pagina clamat. Nam et ij per antonomasiam quasi primi excelleret q; inter omnes alios nominantur discipuli eius; ut pote qui ab eius late re nusquam abessent; neq; ab ipsius doctrina, ac disciplina unquam vel latum ungue discederent. quare illud, quod ex Isaia refertur Ioan. 6. vs. scriptum est in Prophetis, erunt omnes docibiles Dei. singulariter, atq; eminenter iudicim congruit. quippe qui a principio scholq; Christi auditoris fuerunt, Christum quocumq; iret sectati sunt, docentemq; semper auscultarunt, imaq; ipsi plura, et maiora separatim unquam profectiones, et reliquorum designati magistri viua Christi voce edocti di dicerunt. Locus quicquidus est non in varijs Prophetis, sed in vno Isaia reperitur cap. 54. versu 13. citatur enim per synedochem numero plurali. Sabet autem יְהוָה יְהוָה לְךָ תִּלְמֵדִים, nomine participiale, i. discipulus. septuaginta sic vertentur. Si δακ[τα]ίς, δε[σ]φ[α]ίς, id est, ut Latina eorum translatio habet, Discipulos Dei. Apud Paulum ad Thesalonicanos 1. cap. 4. q. vbi vulgatus interpret reddidit, vos a domino didicistis. Gr. est. δ[ε]ω δ[ι]δ[α]κ[τα]ίς, quq; allusio certa est ad Sunc locum Isaie secundum 40. Hieronymus in vulgata editione Isaie reddidit. Sic, vniuersos filios tuos doctos a domino, sed apud Ioannem eadem vulgata habet, ut iam supra diximus; erunt omnes docibiles Dei. quq; vox magis consonat Hebrq; et Caldaiq; ut patet vel linguarum earum rudimenta scienti. quare egregie annotauit Doctox Ioannes Maltonatus nostri Societatis (qui inter recensiores euangelistarum inter

§

preta palmam tenet) non fuisse dictum, erunt Dociles, aut Docti, sed Docibiles, quia Dociles potentiam denotat, quae etiam non discipulis inest; Docti vero actum iam completum inuoluit, et potest alijs multis conuenire, quos per ipsos Apostolos Deus etiam docuit; Docibiles autem siue veritas discantur cum Chaldaeae paraphrasos interprete, siue Discipulos cum interprete septuaginta virorum actum significat nondum transactum, aut consuetum, sed existentem, et procedentem, proprijsq; ijs consentaneum, qui actu discunt, frequentant scholam, sub ferula sunt, atq; docentur. quae omnia si quibus, maxime quadrant duodecim Apostolis.

Vaticinium est itaq; Isaias futurum aliquando, quod Plato ille, (qui diuinitus cognomina tus fuit ob altitudinem philosophandi) vel optabat, vel optandum dicebat, ut Deus esse velut summus, et sapientissimus magister hominum in terra scholam aperiret, ac discipulos haberet reges. Vaticinium iam euersisse indicauit ipse Dominus, ac magister, ut dictum est modo, sed proculdubio regibus feliciores discipuli, qui videre, et audire (Mat. 13. 10.) potuerunt Christum Dei filium in terris commemorantem, docentem, et mirabilia operantem; quibusq; datum est nosse mysteria regni Dei. (Mat. 13. 11. Luc. 3. 12.) Detecto parabolarum cortice, et agnitione inuolueris explicatis. Nescit autem facies negotium vox omnes, attende ita debere intelligi, ut non immediate omnes praedicentur à Deo docibiles, seu actu futuri disciplinae eius participes, et auditores; sed tam publice, tam magnifice, ac tam libenter Christum docturum, ut nemo, qui modo velit, ab eius schola, et disciplina sit excludendus, prohibendus ue à discipulorum consortio.

Fuisse itaq; à Christo Apostolos tanquam discipulos selectos, et diuisos à turbis singulariter edoctos, passim legas apud euangelicos scriptores; sed illos, trane illustriores locos delibare satis erit; Primus sit ille apud Mat. cap. 5. v. 2. Videns autem Iesus turbas ascendit in montem, et cum sedisset (velut ex cathedra docturus) accesserunt ad eum discipuli eius. Cur non turbas? Num quia de rebus supra turbas captam erat verba facturus? Sic Magrus existimauit Gregorius, sequitur et aperiens os suum (quasi sapientiae abyssum, seu thesaurus omnes sapientiae, et scientiae Dei reserans, et publice exponens) docebat eos, quas nimirum docibiles, hoc est, discipulos, qui doceri et discere vocati, sua tamen sponte uenerunt, illos inquam docebat, quos statim salis lucis q; appellatione insigniuit; quippe qui ij essent futuri, quorum exemplo uitae, et doctrinae lumine ceteri ab ignorantiae tenebris, et corruptione morum eximerentur.

Sit alter locus non minus illustris ille Ioannis cap. 15. 14. 15. Iam non dicam vos seruos, nec tam vili loco habebo; non veluti seruos, sicut licet et creationis, et conseruationis, et redemptionis iure, tractabo quia seruus nescit, (quatenus seruus) quid faciat (seu peccat facere) dominus eius; vos autem dixi amicos (atq; ut talis habebis) quia omnia quaecumq; audiui à Patre meo nota feci vobis quod beneuolentiae, et amicitiae signum est maximum. consilia enim rerum gerendarum non nisi amicis fidelissimis deteguntur, ut insinuat illud Gen. 18. 17. Num esclare potero Abraham, quae gesturus sum? q. d. non patietur mea erga illum charitas, quae uero sint arcana hae à Patre audita. Dubium est. Master Iustus Alcazar (cuius laus est in Apocalypsi Sancti Ioannis interprete tarda) super. cap. 4. versu. 8. De mysterio sanctissimae Trinitatis explicat; quod penitissimum, et abstrusissimum fuerit arcanum in Dei pectore per mille reconditum secula



Dociles, Docti
Docibiles
runt inter
27.
Plato
Discipuli
Nemo à
na chi
Discipuli
Mat. 13. 11
Luc. 3. 12
Gregorius
Ioan. 15. 14
Explicat
Gen. 18. 17
Alcazar
Apoc. 4
Trinitatis
ac

67.

68.

et tandem per nuncio ordine Charitatis per Christum hominibus reuelatum. Huius explicati
 onem consonat illud Matth. 11. 25. 26. 27. Confiteor tibi Pater Domine celi, et terre, qui
nos caridisti hinc à sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. (Apostolis
 scilicet) ex Beda, et alijs. sequitur Isaet in Luc. 10. et citat Ambros. Hieronym. Chrysost.
ita Pater, quia sic placitum fuit antete, et subiecit mysterium Trinitatis sanctissimæ, et
nomen nouit filium nisi Pater, et Patrem, qui nouit nisi filius, et qui uoluerit filius reue
lare. Sed non obstat hæc explicatio, qui in deo arcano redemptionis mysteria etiam ex
plicemus, de quo sapius à Christo audierunt Apostoli, et conscij facti sunt, ut cum assump
sit Iesus duodecim discipulos suos secreta. Matth. 20. 17. et passionis, atq; resurrectionis suæ
proximè instantis prædixit euentum; et super epiam ultimam cum proditorem insinuauit,
sciamq; ad Patrem discessum præmonuit, quæ tamen et alia multa. Post resurrectione
per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Act. 1. 3. suscipis tradidit, et
tandem post ascensionis triumphum missa de celo spiritu sancto ad memoriam reuo
cauit, et ut apertius intelligerent uirtutem contulit. Luc. 24. 44. 45. quam ante pro
miserat. Aduerte præterita posita præ futuris à Domino supra Ioan. 15. dixi pro
dicam, nota feci, præ faciam, et Matth. 11. abscondisti, præ abscondes, reuelasti, præ re
uelabis, qui mas Prophetis antiquis familiaris est.

Tertius locus peti potest ex Luca. 10. 23. 24. et conuersus (Iesus) ad discipulos suos di
xit. Beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis. q. d. pro magno beneficio, et singulari pri
uilegio uobis datum existimate, ut me uideatis miraculis coruscantem, et celestia prædi
cantem audiatis. Hæc enim prerogatiua, et prophetis, et regibus ante latius antiquis, qui
enixe desiderarunt meum aduentum; et tamen ut ante mortem uiderent consequuti
non sunt, unde sequitur: Dico enim uobis, quod multi Prophetæ, et reges ualuerunt ui
dere, quæ uos uidetis, et non uiderunt; et audire, quæ uos auditis, et non audierunt.
 Magnam profectò argumentum est insignis beneficij, id accepisse, et obtinuisse, quod
 multis, ac magnis regibus Dauidi, Salomoni, Josaphat, Uechie, Josiq, et alijs etiam
 desiderantibus, et deprecantibus concessum non fuit, insignis amitt. priuilegio tri
 buendum oculis se præbuisse cernendum Apostolorum Christum, qui uatibus anti
 quis, quibus suum aduentum reuelauit, tamen ut oculis uiderent, minime concessit,
 uti Isais, Hieremiq; Danieli, Uechie, Aggeo, Aedariq. et imo et Patriarchis (quos
Iustorum nomine comprehensos arditur apud Matth. cap. 13. 16.) Abrahamo, Isaaco
et Iacobo. Hoc itaq; maxime extollit Apostolorum priuilegium, quo beati merito ap
pellantur, siquidem hæc magna pars fuit beatitudinis eorum, certaq; uia ad per
fectam beatitudinem consequendam, quod si alij etiam hæc beatitatis parte dona
ti, ea tamen perfuncti non sunt, q. si no salograyon, eorum culpa fuit, et inertissimq;
desidiæ non leue argumentum. Huius prerogatiuæ, et felicissimi muneris uaticiniũ
atq; præconium in Salomone Christi uero typo processit, de Apostolis nimirum Chris
ti potiori iure, quam de seruis Salomonis illa uerba intelligi par est, quæ regina sapiens
pronunciat, 2. Reg. 10. Beati uiri tui, et beati serui tui, qui stant coram te semper, et
audiunt sapientiam tuam. Hæc etiam uidetur respexisse euangelicus Propheeta
cum ait, Isai. 30. 20. Erunt oculi tui uidentes Præceptorem tuum. quod in bar mas
mfici nunciij fuit præagium. Patres antiquos facit magnus Gregorius in Job. 9. 25. 26.

Matth. 11. 25. 26. 27.
 Luc. 10. 23. 24.
 Act. 1. 3.
 Luc. 24. 44. 45.
 Ioan. 15.
 Luc. 10. 23. 24.
 Matth. 13. 16.
 2. Reg. 10.
 Isai. 30. 20.
 Job. 9. 25. 26.

69

cursum veloces, seu tamquam naues poma alium in locum deportantes; quippe qui velocissimo cursu transmigrantes nuncios, quod dederunt, optato bono fructu non sunt; ordo vero dumtaxat, et spe virginis fructus contenti, alijs, id est, discipulis Christi, et precipue Apostolis comedendum attulerunt; illi prophetarunt; hi auiderunt; illi nunciarunt; Si audierunt; illi odorem per prophetiam perciperunt; Si fructum plene, et integre gustare potuerant; sed nos cum similes Apostolis esse non possimus, ut aspectu manitatis Christi in terris agentis oculos carnis pascamus; Deius tamen opera, et iustis antiquis, siue regibus; siue Prophetis dissimiles non sumus; quorum ardentia videndi Christi desideria, si conulati fuerimus, quam in terris fide, spe, et charitate complectamur; ut illi complexi sunt; quem ex virgine natum, passum, mortuum in cruce, post mortem excitatum, celos ascendisse confitemur; ut illi nascituru, moriturum, resurrecturum confitebantur; Deo, et Christo ipso auspice, tandem aliquando aperta in luce, facie reuelata in consortio eorumdem Historum, Prophetarum, et quumque sanctorum, ad dexteram maiestatis Dei regnantem summo cum gaudio videbimus; nunc ergo cum regio Vabae dicamus Ps. 41. 9. s. quando veniam et appropinquo ante faciem Dei. transibo in locum tabernaculi admirabilis. usque ad domum Dei in voce exultationis, et confessionis.

70.

quam plene fuerint sancti Apostoli instituti a Christo Domino, quam copiose sauserint ab hoc perenni fonte doctrinam verę sapientię, intelligere fortasse queat, qui hos duodecim celestium doctores primarios considerauerit per duodecim fontes adumbratos, quorum meminit scriptura sacra ex od. 18. 27. Venerunt autem in Eflim filij Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum, et septuaginta Palmę, et castra metati sunt iuxta aquas. Fluvius enim typi, ut exponam, in memoriam reuocandus est locus ille Genes. 2. 6. fons ascendebat de terra irrigans uniuersam superficiem terrę. Sunt qui ita interpretentur, ex hoc fonte per occultos cuniculos subterlatentes ueineas in omnes orbis terrarum fontes dulces fuisse aquas deriuatas; sicut enim ex hepate sanguis in aspectu ascendens, ibi in lactis, et dulcedinem et candorem transformatur; ita salsas amarasque abyssi aquas in paradysum euectas dulcedinem capere, = que sit ad arborum, aliarumque plantarum irrigationem, ad sitim depellendam animalium, ad variosque hominum usus oportuna, ac necessaria. quod si certum ponamus, dubitare non possumus, quin duodecim si fontes, de quibus loquimur a paradiso habeant originem, in Regis per subterraneos canales, et aque ductus in Eflim fuerint deriuati. Fuerit hęc sane diuine omnipotentię, et prouidentię totius uniuersi singularis quędam ostentatio; quę et si difficilis creditu, non est profectio incredibilis factu. Hoc quidem certę inficiari memo iure valet, Christum Dominum celestis fuisse paradisi fontem uberrimum, perennem, limpidissimum; in quem abyssus immensus sapientię, et scientię Dei influens, illam, qua uniuersos mortales a se repellibat, amaritudinem, in suauissimam conuertit dulcedinem; ut merito dicere possitis cum regio Psalte Ps. 33. 9. Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus. Deus enim factus homo pristinam, qua utebatur in homines, maiestatis tremende austeritatem deposuit; eisque se se intuentum, tractandum, quicquid comedendum, bibendumque arcana ratione obtulit. ex hoc igitur fonte traxerunt Apostoli aquas doctrine, atque in eorum pectore, et aperto flumine, et per occultos, veluti canales, certę per septemplex spiritus

Deus enim...
abere, sanctum...
restoranti fructu...
pari sunt...
virgini

Ad horatio...
recte uiuentis

Ps. 41. 9.

Apostoli...
primarij...
Catholice

Exod. 18. 27.
Typus ductus...
Apostolorum...
apostolorum 92.

Gen. 2.

Fons per...
utilitatis...

Ps. 33. 9.

infusio



Doctrina
Apostolorum.

Infusionem tam ingens vis, et copia sapientia ex hoc semper manante descendit principio, ut
singuli eorum fontis nomine continuo scaturientis, seu scaturiginis nunquam non efflu-
entis, iure optimo censeantur. Quare per Apostolorum ora, quasi resignatis claribus,
ita se copiose effudit divini verbi sapientia, ut non in fines tantum unius populi, quam-
tumvis innumerabilis, sed in uniuersos terrarum tractus deducta fuerit, ad uniuersorum
hominum, et populorum sitim sedandam, atq; extinguendam.

Hic sunt illae aquae, quas alto praeconio promulgabat, promittebat q; sitientibus
Isaias, quas Christus seorsum Samaritanarum faminae, et publice omnibus offerebat,
quas receptas in pectore, inde manaturas, et instar fluminis in vitam aeternam pro-
gressuras clara voce in die magno festiue sollemnitatis ipse dominus omnibus sitim
habentibus, ad se appropinquantibus pollicebatur. De his Ioannes Apoc. 22. 17. qui uult
ueniat, et accipiat aquas uitae gratis. fons uitae, et doctrinae Christus Apostolis primis,
deinde per ipsos reliquis hominibus communicatus. Augustinus Societatem aliter etiam
explicauit in illud Ps. 120. Leuaui oculos meos in montes. Montes appellat Apostolos, quas pri-
mum oriens in terris sol iustitiae, atq; sapientiae illuminauit, ipsi vero lumine recepto ualles in-
feriores, id est, reliquos mortales illuminarunt luce sacrae scripturae. quantum ueteris testa-
menti sapientibus, Patriarchis, Prophetis Sicut excessu praerogatiuae Apostoli praecellant,
ex ea colligi facile queat, quod licet utrisq; mysteria regni caelestis detecta fuerint, tamen an-
tiquis illis per partes, Apostolis uero non unum alterumue, sed omnia omnino mysteria reuela-
ta sunt, illis ueluti guttatim instillatam de caelo pluuiam, his uero tamquam ~~pluuiam~~ pluui-
am uoluntariam copiosissime efusam, et communicatam credimus, et enim illorum nemini
licuit in caelum ascendere, Apostolis tamen per scalam Iacob (qui typus Christi fuit) datum
est ascendere, atq; descendere. Prophetis, si quando caelestis domus, ~~et~~ Dei ualuas apertas
uidere uiderunt (quod negare non possumus non nunquam illis fuisse concessum) qua-
si qui longe distabant, ex ~~triang~~ triang erant, uidere aliquid et conspici potuerunt: unde ar-
gumentum sumerent latere intus ingentium bonorum ineffabiles thesauros; uerum
Apostoli ita sublati sunt in caelum, ut introeuntes omnia conspexerint, notarint, didice-
runt, et in terras reuersi omnibus dilucide enunciare ualuerint. Sicut typi longiorem
explicationem, si placet, lege apud nostrum Lucium Alcazarum.

**§. 7. De 7. Praerogatiua Apostolorum.
Consecrati sacerdotes in cena, et post
Resurrectionem episcopi.**

Sacerdotes a Christo domino consecrati sunt duodecim Apostoli, ut ex hic dicendis
manifeste constabit. uerum tamen, cum sacerdotio ad quantum dignitatem, quamq;
eximiam, ac diuinam sunt euecti, ex his tribus capitibus conijcere licebit; ex forma, ex
fine, ex efficiente: efficiens et auctor Christus Deus, et homo; qui et idoneos fecit minis-
tros noui testamenti. 2. Cor. 3. 6. ut infra explicabitur: firmis sacrificium Deo immolare,
ac populum ad sanctitatem per remissionem peccatorum uocare; et reducere. forma
secundum gratiae, atq; nouae legis ueritatem sanctificatio. De efficiente multa supra
Praerogatiua quinta, et plur. inferius.

Ex fine facile constat longe praestare, superiores q; nostras esse antiquae legis sacer-
dotibus. Illis enim unonatales uictimas immolare, mortua offerre corpora animalium,



Gen. 31.
Gen. 31.
Gen. 31.
Apoc. 22. 17.
Franciscus
Apostolorum
De. 120.
Apoc. 4.
Act. 1.

71

72

73

seu fructus, frugesq; terræ, datum; peccata remittere, vel minutissima venialia datum non est; at nostri, id est, euangelici sacerdotes viuum sub panis, et vini specie corpus Christi consecrant; filium Dei sub humanitate latentem Deo immolant; Patriq; offerunt pro viuis, et mortuis; Peccata omnia etiam grauissima remittendi obtinent ius, et potestatem, solius Dei est. (Hoc non licet dubitare) ius, et potestas sibi factę iniurię remittendę; qui contra suam maiestatem peccantem potest, si vult, ad gratiam admittere peccatentem, quiq; peccati eternam, quam Sabet statutam, in se delinquentibus solus valet condonare. Sane verò propriam Dei potestatem antequam Christus pro peccatoribus mortuus est, nemini Deus concessit: concessa est autem post Christi resurgentis à mortuis triumphum noui testamenti sacerdotibus; non tamen absque Dei interuentu, qui cum sacerdote absolutionem exhibente cooperatur. cuius igitur antiquorum sacerdotum ad tantum ascendit dignitatis culmen, ut potest, non dico cum Apostolo, sed cum simpliçe legis gratię sacerdote comparari, aut coęquari. semper fuit in omni parte nomen, et munus sacerdotale maximi Sabitur, in lege naturę sicut et regni ius, sic et primi ac summi sacerdotij ad primogenitum pertinerebat. unde Melchisedech et rex fuit, atq; sacerdos Dei altissimi; quocirca valde rationi consentanea dicunt, qui eum fuisse tradunt Semum primogenitum Noë Patriarchę. Esau pater Isaac primogenitus vestibus utebatur valde bonis, et odorem efflantibus; quas mater Rebecca Iacobo minori filio aptavit benedictionem paternam suscepturo; quę certe vestes erant sacerdotales. Sane morem eredo Ethnicos tenuisse, qui non nisi regnum aptum existimabant ad sacerdotij munus obeundum; unde forte manauit regis sacri ficuli nomen apud Romanos Deorum superstitionibus aduictos; nec ab eadem consuetudine alienum videri potest. Aaronem natu maximum à Deo sacris prępositum, eum minori fratri Mosi ius regni collatum sit.

74.

Verum enim verò licet nostri, hoc est, noui testamenti sacerdotes de militia plebe assumpti fuerint; longo tamen intervallo à tergo relinquunt, et leuiticos, et reliquos omnes sacerdotes, etiam qui vel regalibus insulis claruerunt in lege naturę, vero que Deo consecrati fuerunt, nam qui Deorum effictorum simulacris seruiuerunt, ne nomine quidem ipso digni sunt sacerdotij; quod veri Dei sacris ministris, non alijs vltimo modo, inditum esse oportuit. Hi enim sacra dant, qui vni Deo cęli, et terrę Domino ministrant; qui sibi obiecta nec sacrificia admittere, sacrare, et sancta efficere vnus potest, preterea nullus. Nam quod à Deo non est, nec ad ipsius cultum spectat; irreligiösus est, profanum est, minime sanctum, nequaquam dicendum est sacrum. quantum itaq; sacrificium nouę legis prestat ceteris omnium temporum, legumq; sacrificijs; tantum omnibus alijs sacerdotibus sacerdotes nostros prestare necessa est. sed ad formam, et ritus consecrationis transeamus.

75.

Nec enim munus ipsum duntaxat, cui sacrantur, atq; deuolentur; sed forma etiam, et ritus consecrationis ex ~~est~~ tulit Apostolicos sacerdotes; quibus quidem sacramento initiatis, et Character imprimitur, et gratia confertur diuinius; ut his diuinis ornamentis Sabilores, dignioresq; sacras ad functiones redditi, D. O. M. non ad tempus, sed in perpetuum, non pro vite sulus spacijs, sed pro æternis vel interminata a uos, preterea adsint, officium præsentent, laudes cantant; ut non immerito cum muneribus, etiam



nomem sibi angelorum vindicarint. Malac. 2. 7. Character quippe animæ inditus, quo signo, et quasi sigillo sacerdotalis potestas inditur, indelebilis est, atq; ut ipsam et animæ sedes, cui inseret, immortalis. Quare reges ad regum, reges ad sepulchrum vestibus, ornamentisq; sacerdotalibus insigniti sacerdotes offeruntur, quasi post cineres, iterum ad suum in altero seculo munus præstandum, transiuri. Non quod ibi missæ peragendum sacri-
 ficium, aut remittenda peccata; sed quia sacrificia laudis nunquam non sint præ dignitate sua summo Patri Deo redditura: qua in re quamvis, cui talem non excedunt, superantq; dignitatem: regalia sceptra, imperatorum coronas; monarcharum diademata longa intervallo posthabita à tergo relinquunt. Non est ambiguum elo-
 gium, quod vel primus latine loquens doctor, sumensq; sacerdotalis sanctitatis exi- mium, Mediolanensis diocesis episcopus Ambrosius ita retulit, ut nihil in hoc seculo sacerdotibus esse dicat excellentius; sacerdotalis inquit, sublimitas nullis poterit com-
 parationibus æquari; si regum fulguri compares, si principum diademati, longe erit inferior; quam si plumbi metalum ad auri fulgorem compares.] Sic Ambrosius. Cer- te quantum humanum caput reliquis sui corporis membris super excellit, tantum rei publicæ, quod mysticum quoddam corpus est, ceteris membris sacerdotium vide-
 tur antestare. Quocirca non incongruè sacerdotibus aptatur illa laus eximia capitis, à suis pedisequis; et comitiis sacre sponsæ dulciter decantata, et concinnè attributa. Cant. 7. 5. =
Caput tuum sicut Carmelus. Hic mons inter alios altitudine eminet, fertilitate præstat pul-
 chritudine antefertur; primus solares radios excipit, celestes aquas admittit, atq; inde in sub-
 iectos colles, vallisq; et lucis splendoris, et aquarum copiam derivat. Non mirus ergo, quam caput toti corpori, supereminet sacerdotalis honos universis rei publicæ membris, etiam summis principibus secularibus; tam isti, quam tenuiores populi, et gratiæ divini suorum, et doctrinæ sacre varam per sacerdotes Christi vicarios, ex communi lege percipiunt. Neus se est igitur ut in sacerdotibus plus dignitatis, plus decoris, maior etiam gratiæ ubertas = existat; si quidem illud verum ubiq; est à philosophis decantatum; Propter quod unum quodq; tale, et illud magis.

Quamquam Sac. Canticorum elogium maximè commendat sacerdotij celsitudinem, atq; supererminentem dignitatem, tamen si velis hanc præmeritis estimatam cons-
 picere, in onemariam reuocato, et diligenter attende, quem locum illi teneant seniores, sive presbyteri, quos vidit vates vnicus novi testamenti. Apoc. 4. 4. Et in cir-
 cuitu, inquit, sedis sedilia viginti quatuor, et super thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, et in capitibus eorum coronæ aureæ. Et supra dictum est huc esse sermonem de Apostolis, sed ipso nomine tam Greco $\omega\gamma\iota\theta\upsilon\varsigma$ quor-
 quam Latino, Seniorum dubium non est significatos sacerdotes; sedq; allusio confirmat fac-
 ta ad viginti quatuor principes sanctuarii: 1. Paralip. 24. qui summi sacerdotes erant, uti capita familiarum 24. ex Aaronis stirpe propagatarum: si ergo presbyteri, seu sacerdo-
 tes Deum circumstant in Ecclesia regnantem (dicit enim sedes Dei est), expende quæso, et non vulgi trutinæ, sed aurificis statera pondera, atq; examina quantum his senatus supremi iudicibus tribuendum ducat, Apocalypsis. Primum thronos habent, sedent q; in conspectu al-
 tissimi; non modo ut regni optimates, sed ut minores reges coram summo omnium rege; atq; ad eum caput contingunt, et corona exornant, non ex alia materia, sed ex auro quod solidè,



Sacerdotibus
 Malac. 2. 7.
 Character quippe
 animæ inditus
 quo signo
 et quasi sigillo
 sacerdotalis potestas
 inditur
 indelebilis est
 atq; ut ipsam
 et animæ sedes
 cui inseret
 immortalis
 Quare reges
 ad regum
 reges ad sepulchrum
 vestibus
 ornamentisq;
 sacerdotalibus
 insigniti sacerdotes
 offeruntur
 quasi post cineres
 iterum ad suum
 in altero seculo
 munus præstandum
 transiuri
 Non quod ibi
 missæ peragendum
 sacrificium
 aut remittenda
 peccata
 sed quia sacrificia
 laudis nunquam
 non sint præ
 dignitate sua
 summo Patri Deo
 redditura
 qua in re quamvis
 cui talem non
 excedunt
 superantq;
 dignitatem
 regalia sceptra
 imperatorum coronas
 monarcharum
 diademata
 longa intervallo
 posthabita à tergo
 relinquunt
 Non est ambiguum
 elogium
 quod vel primus
 latine loquens
 doctor
 sumensq;
 sacerdotalis
 sanctitatis exi-
 mium
 Mediolanensis
 diocesis episcopus
 Ambrosius ita
 retulit
 ut nihil in hoc
 seculo
 sacerdotibus
 esse dicat
 excellentius
 sacerdotalis
 inquit
 sublimitas
 nullis poterit
 com-
 parationibus
 æquari
 si regum
 fulguri compares
 si principum
 diademati
 longe erit
 inferior
 quam si plumbi
 metalum ad auri
 fulgorem compares
 Sic Ambrosius
 Certè quantum
 humanum caput
 reliquis sui
 corporis membris
 super excellit
 tantum
 rei publicæ
 quod mysticum
 quoddam corpus
 est
 ceteris membris
 sacerdotium
 videtur
 antestare
 Quocirca non
 incongruè
 sacerdotibus
 aptatur illa
 laus eximia
 capitis
 à suis
 pedisequis
 et comitiis
 sacre sponsæ
 dulciter
 decantata
 et concinnè
 attributa
 Cant. 7. 5. =
Caput tuum sicut
 Carmelus.
 Hic mons inter
 alios altitudine
 eminet
 fertilitate
 præstat
 pul-
 chritudine
 antefertur
 primus solares
 radios excipit
 celestes
 aquas admittit
 atq; inde in sub-
 iectos colles
 vallisq;
 et lucis splendoris
 et aquarum
 copiam derivat
 Non mirus ergo
 quam
 caput toti
 corpori
 supereminet
 sacerdotalis honos
 universis rei publicæ
 membris
 etiam
 summis principibus
 secularibus
 tam isti
 quam tenuiores
 populi
 et gratiæ
 divini suorum
 et doctrinæ
 sacre varam
 per sacerdotes
 Christi vicarios
 ex communi
 lege percipiunt
 Neus se est
 igitur ut in
 sacerdotibus
 plus dignitatis
 plus decoris
 maior etiam
 gratiæ ubertas =
 existat
 si quidem
 illud verum
 ubiq; est
 à philosophis
 decantatum
 Propter quod
 unum
 quodq;
 tale
 et illud magis
 76.
 quamquam Sac.
 Canticorum
 elogium
 maximè
 commendat
 sacerdotij
 celsitudinem
 atq;
 supererminentem
 dignitatem
 tamen si velis
 hanc
 præmeritis
 estimatam
 cons-
 picere
 in onemariam
 reuocato
 et diligenter
 attende
 quem locum
 illi teneant
 seniores
 sive presbyteri
 quos vidit
 vates vnicus
 novi testamenti
 Apoc. 4. 4.
 Et in cir-
 cuitu
 inquit
 sedis
 sedilia
 viginti quatuor
 et super thronos
 viginti quatuor
 seniores
 sedentes
 circumamicti
 vestimentis
 albis
 et in capitibus
 eorum coronæ
 aureæ
 Et supra
 dictum est
 huc esse
 sermonem
 de Apostolis
 sed ipso nomine
 tam Greco
 $\omega\gamma\iota\theta\upsilon\varsigma$
 quor-
 quam Latino
 Seniorum
 dubium non est
 significatos
 sacerdotes
 sedq;
 allusio confirmat
 fac-
 ta ad viginti
 quatuor
 principes
 sanctuarii
 1. Paralip. 24.
 qui summi
 sacerdotes
 erant
 uti capita
 familiarum
 24.
 ex Aaronis
 stirpe
 propagatarum
 si ergo presbyteri
 seu sacerdo-
 tes
 Deum
 circumstant
 in Ecclesia
 regnantem
 (dicit enim
 sedes Dei est)
 expende
 quæso
 et non
 vulgi
 trutinæ
 sed aurificis
 statera
 pondera
 atq;
 examina
 quantum
 his senatus
 supremi
 iudicibus
 tribuendum
 ducat
 Apocalypsis
 Primum
 thronos
 habent
 sedent q;
 in conspectu
 al-
 tissimi
 non modo
 ut regni
 optimates
 sed ut minores
 reges
 coram
 summo
 omnium rege
 atq;
 ad eum
 caput
 contingunt
 et corona
 exornant
 non ex alia
 materia
 sed ex auro
 quod solidè

verumq[ue] honorem præferunt; vestibus candidissimis, quæ Principes, atq[ue] sacerdotes maxime decant, induuntur; tenent demiq[ue] phialas manu, idest, magnos calices, insignia nimirum muneris sacerdotalis ex auro similiter elaboratos, quales necesse est fuisse ad offerendas, Deoq[ue] consecrandas, pias deprecationes, votaq[ue] Ecclesiæ Christianæ, quæ eucharistico præsertim sacrificio continentur. Vestes itaq[ue] vestes sanctissimæ act[us] puritatem atq[ue] commendanti throni elati personæ dignissimæ, quam gerunt, summam auctoritatem representant; coronæ auro micantes dignitatis, qua præstant, eximium decus, et insignem gloriam extollunt; Phialæ demum, seu calices aurei præstantissimi officij, ac muneris egregia, et singularia merita, virtutemq[ue] meritorum Divinam prædicat, commendant, representant, extollunt, et ad cælum usq[ue] euehunt.

S. & De eadem 7. Prærogativa

77.

Sed quo fiat Suius prærogativa Dignitas notior, ac manifestior, libet denuo sumpto principio sacerdotij rationem firmam ac rite altius repetere, et enucleare lucidius. Medius est quidem sacerdos inter Deum, et homines; idem opinor sacerdotij munus est; ut et iisdem verbis contestatur Gregorius Nazianzenus. Quæcirca siquidem utriq[ue] parti proximus esse debet, atq[ue] cum hominibus communicat natura, necesse est, ut gratia ad Deum quam proximè potest accesserit. Gratiam igitur Sanc-
 Deus sacerdotibus, cum rite initiantur, ut ipsi ritus sacerdotij significant, impertitur. Nam sacerdos (ut ait magnus Gregorius) dum foris ungitur, intris roboratur. fit nimirum supra ceteros homines, qui ad eum divinitus promovetur gradum, ut divinitate pure plus quam ceteri mortales, participet fiat. Lusebius supremæ atq[ue] ingenitæ Divinæ essentia virtutem illam, quæ omnia valet, omne bonum præstat, omnem pulchritudinem subministrat Divinus spiritus proprio, et convenienti exemplo conferens, atq[ue] accommodans, Dei oleum appellat. quare et Christum, et unctum eum, qui illius participet sit, vocat. Flame igitur divinitatis participationem nominamus gratia, quam oleo, atq[ue] unctione in sacris literis significatam scribit Lusebius Demonstr. Evang. lib. 4. cap. 15. ubi satis eruditè docuit non ab externa solum unctione, sed multo magis ab interna Divini spiritus per illam significata, Christos, idest, unctos vocatos fuisse sacerdotes, Prophetas, Patriarchas, seu Reges, ut patet ex illo Ps. 104. Nolite tangere Christos meos, et in Prophetis meis nolite malignari. Loquitur enim Deus. De Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Patriarchis; quos sicut non constat fuisse unctos oleo materiali, seu exteriori; ita iudicium non est, quin interiori unctione gratia, et spiritus prophetici fuerint spiritualiter uncti. vide Belarminum Ps. 104. item ex illo Isaiæ Ps. Spiritus Domini super me, ea quæ unxit me ad annuncian-
 dum manducatis misit me. quæ verba sunt Christi Domini, cuius humanitas gratia unionis hypostaticæ inuncta, et consecrata, in utero virginis matris superveniente spiritu sancto, et obumbrante virtute altissimi, indeq[ue] per clausam Messielis vaticinio portam egressa Evangelium regni cælorum hominibus annunciauit. Duabus autem phrasibus idem significatur, ut notavit ibi Foreirus) nam quod dicitur esse spiritum super Iesum. Declaratur per unctionem illius, sed manifesta est allusio ad regem, sacerdotem, et prophetarum inaugurationem, quæ olei unctione peragebatur; quæ tamen unctio extrinsecus adhibita interioris gratia perfusionis symbolum erat. Nam cælitus

Sacerdos
 Quæcirca
 Deum, atq[ue]
 nas.
 Gregorius
 Nazian.
 36m
 Gregorius
 magnus
 Eusebius
 Oleum si
 fiat dicitur
 virtutem
 participat
 Eusebius
 Ps. 104.
 Belarminus
 Ps. 104.
 Isaiæ.
 Unctio
 na in
 significat
 instruct



Instructus Moyses, cum fratrem Aaronem Dei iussu sacerdotem inaugurare vellet, unguento, id est, odorato oleo superfundendum putavit, iuxta illud ²³ 132. 2. sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. etc. qua plane unctione duo significata sunt, primum nimirum sacerdotem supra reliquos mortales excellere, atque eminere, ut potest, quæ virtutis, et gratiæ divini participatione cumulatus donentur. Secundum autem eos omnes, qui, ut familiarius cum Deo agant, admittuntur, esse oportere odore quodam divinitatis supra homines ceteros connotatas. Nam et veteri principes hoc exigunt, sicut quædam iure, ac modo, ut ea, quæ ipsos propriis attingunt, à vulgaribus discreta sint, et nobilitati, et odoratiore, quocirca non familiares modo sensus honorationis delibant, et regali conspectu digniores, verum et ornatum corporis, et domesticam suppellectilem, imo et cibum ipsam, qua scribunt odoratam esse, et auripillam volunt, unguentum vero, quod oleum non simplex, sed mixtum est, utrumque representat, sacerdotem scilicet, (qui unguento sacra est delibutus) et divinitatis participem esse, et supra alios Deo propinquare fragrantia: cum igitur unctio sacra in sacramento ordinis sacerdotalis, et significet, et efficiat gratiam in eo, qui rite suscipit sacerdotium, constat ex dictis sacerdotem, non legem, et supra reliquos homines esse, et Deo prope magis accedere. At cum Apostoli fuerint primi, qui à Christo sunt sacerdotio initiati, non est dubium quin gratiæ, atque spiritus primitivæ fuerint communicati, atque adeo uberius ac copiosius illis divinitatis participatio collata. Par autem fuit, ut quo sublimiori fuerint prepositi muneri, eò etiam excellentior, atque abundantior gratia fuerit illis distributa: at qui data eis est potestas eucharistiam consecrandi, et sacrificium Christi offerendi, illis verbis, Luc. 22. 19. Hoc facite in meam commemorationem, sed remittendi peccata per illa fuit data Ioan. 20. 22. quorum remisistis peccata remittuntur eis, etc. Itaque per priora verba in corpus Christi verum, per posteriora in mysticum potestate acciperunt sacerdotes, gratiæ autem, et spiritus sancti donum visibili etiam ceremonia collatum est, ut illa significant Ioan. 20. 22. insufflavimus, et dixit eis, accipite spiritum sanctum.

Quoniam patet Apostolos creatos à Christo sacerdotes per veri agni Christi Jesu immolationem, et spiritus sancti infusionem, non autem per olei materialis unctionem, et immolationum ovium, seu vitulorum cruenta sacrificia, ut olim Mosaiscos sacerdotes scriptum est consecratos, illi nempe fuerunt typicæ ceremoniæ, per quas non tantum dabatur, quam significata est dari, virtus, et dignitas sacerdotalis; imò illud sacerdotium totum erat umbraticum, et veteris sacerdotis, quasi præludium, et effigies. Quare in sacerdotali consecratione Apostolorum illæ exclusæ sunt ceremoniæ, ut his Domini significatum verbis Luc. 17. 17. Sanctifica eos in veritate. orat nimirum Patrem, ut non legalibus ceremoniis, quæ umbræ erant, sed in veritate, id est, re ipsa per umbras illas insinuatæ sanctificet, consecret, sanctos, et sacras efficiat, quos ipse in sacerdotium assumat, et rationem adhibens, subdit idem, sermo meus veritas est. q. d. Lex Mosaisca erat inanis umbræ cum tempore desitura, tua evangelica ipsissima est veritas, ac lex illis antiquis ceremoniis adumbrata. Quocirca non iam umbris, ac typis, opus est, quos libere cortex ostentabat, veritatis spiritum exigo, qua uno sanctificatio vera



Ps. 132. 2.
 23
 132. 2.
 20. 22.
 17. 17.
 20. 22.

Prærogativa 8. De missione per ordem cum summa potestate.

constat euangelici ministri; qui veram, stabilem, semper mansuram charitatis legem
predicaturus assumitur. Ad hunc sensum explicant, et confirmant illa Apostoli
verba 2. Cor. 13. 6. qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non littera, sed
spiritu. id est, non typica promissione, sed exhibitione vera gratiæ spiritus sancti; littera
enim, id est, cortex historie occidit, spiritus autem intus latens significatione veri
tatis viuificat, atq; adeo non litteræ occidendi insuperandum, sed spiritus viuificantis
ratiõ Sabenda; unde addit Christus Ioan. 17. 19. sicut tu me misisti in
mundum, et ego misi eos in mundum. præterita sunt pro futuris more prophætica
Est itaq; ratio cur vellet eos initiari, et sanctificari; quia scilicet sui vicarij in terra
futuri sunt. Allegat tandem sua merita Christus dominus, et pro eis inquit; ego
sanctifico me ipsum. q. d. non umbratiles immolo victimas, ut in veteri lege pro
sanctificandis sacerdotibus immolatæ sunt: sed me ipsum quasi agnum immo-
laturam in ara crucis iam iam consecro, et offero immolandum, et sacrificandum.
cur ita? ut tam diuina victima, et tam digno sacrificio noui testamenti sacerdo-
tes, et ministri initiati tibi in perpetuum consecrentur, hoc est, quod sequitur apud
Ioannem, ut sint et ipsi sanctificati in veritate, id est, non littera, ut iam diximus,
sed spiritu, quo ab Moïsaico, sino ab Christiano, videlicet, ut sicut sacrificium
verum, ac non typicum est, ita sacerdotes euangelici per veram virtutis
participationem, et potestatis communicationem, id est, per characterem, et
gratiam sanctificentur, efficianturq; Dei ministri, et sacerdotes, non verò per
illas Leuitici ordinis ceremonias, ritus ue Iudæicos. Hæc Christi domini oratio quic
quid in sacramento ordinis tangitur, innuit, sed aduerte in cena in cruentè à Chris-
to sui corporis oblationem sacrificium, cum discipuli sacerdotes sunt consecrati; pos-
tea verò in cruce cruentè; atq; ad utrumq; tempus, credo, respexit; Hæc eius ad Pa-
trẽ oratio; sicut etiam ad illud Resurrectionis, cum dato spiritus sancti sacro-
pignore remittendi peccata potestas collata. Est. iure ergo optimo nunc fit
intermissæ solemnissimæ sacerdotum ordinatio; siquidem in missæ sacrificium
Christi in cruentum, tamquam memoriale cruenti pro initiandorum offertur
sanctificatione; et illi noui ritus, quos suo exemplo Christus, cum instituit, tunc
docuit, usurpantur ab Episcopo, et repetuntur ad sacerdotum consecrationem. Cum
verò Dominus deus quasi vicar inter se, et Patrem partitus fuisse videatur in sacer-
dotibus consecrandis; Patre quidem sanctificationis unctionem attribuit, per illa
verba, sanctifica eos in veritate, sibi autem sacrificij oblationem assumit, cum
ait; et pro illis ego sanctifico me ipsum. q. d. tu Pater mitte eis spiritum sanctum
et gratiam sanctificantem; ego verò facio victimarum me pro illis sustinam in
ara crucis offero, et consecro; ita etiam Episcopus Domini vestigijs insistens Christi
corporis sacrificium offert, ac per varias precatioes, et unctiones spiritum sancti
fratationis, et gratiæ à Patre Deo impetrat; qui etiam Christi vice fungens, ut ille fe-
cit post resurrectionem, sic ipse confert potestatem, gratiamq; dat, ordinis per-
ficiens sacramentum. Ex dictis facile colligitur quanta sit sacerdotum dignitas
in Ecclesia Christiana, quos Christi immolatio consecrat, Patris æterni spiritus, et
gratia sanctificat. quod si, quos scimus per media ministros ordinarios ad hunc

2. Cor. 13.

Ioan. 17. 19.

Præterita sunt pro futuris. Apostoli sui vicarij in terra futuri sunt.

Ioan. 17. 19.

Sacerdotum gratia quædam facti Domini.

Cur sacrificium oblationem missæ sacrificium celebratur.

Mat. 19. 28. 29. 30.

Doce. nite.

Quæritur ad hunc modum in libro sacro.



quodam formosus, hoc summi honoris dignum existimamus, quanto pleris eos faciamus, quos per se ipsum rex regum, sacerdotumque sacerdos, et ungo Iesus Christus proxime, et immediate promouere, inq. episcopum sacerdotalis altitudinis exaltare dignatus est. Hic de prerogativa Apostolorum septima de qua haecenus egimus

S. 9. De 8. Prerogativa Apostolorum

Cum summa potestate missi in uniuersum terrarum orbem.

Cum sacerdotum alij sint Presbyteri, alij uero Episcopi, et in his pastorale munus excellat, plenaque ac perfecta sit potestas, et auctoritas sacerdotij; quam cum octaua prerogativa Apostoli sunt adepti; de hac diuiceps loquentes perfectam sacerdotij dignitatem exactius indicabamus. Est uero haec prerogativa uidebimur Apostoli sumptum apparere; Apostolus qui ipse quasi missus, seu dimissus dicitur, quod id eo electus sit, ut mitteretur, ut supra iam tetigimus quinta prerogativa. De antiquitate huius uocis, atq. appellationis Cesar Baranius haec refert anno Christi 31. Apostoli nomen usitatum fuit apud Hebraeos, ubi Apostoli nominabantur; qui iussu dei erant cum summo sacerdote consulendi gratia; quibus ea, quae sunt in lege a ipso referrebant; quas etiam sibi ipse legare consueuerat, ad componendos scilicet optimos sacerdotum mores, synagogasq. inspiciendas, prauos ritus corrigendos. quae omnia colliguntur ex Josepho in Pan. Seres. 30. cum mentionem facit de Josepho apud Iudaeos Apostolo. Perseuerauit uero eadem functio ordinis apud eos etiam ad tempora Arcadij, et Honorij Imperatorum, in quorum scripto de Iosepho dicitur, quod mitterentur ad eum Patriarcha certo tempore ad exigendum aurum, et argentum a singulis Synagogis, exactamq. summam ad eundem reportandam. Hic ex Baronio, unde patet nomen Apostoli antiquissimum, nec inuentum, quam accommodatum a Christo ex munere. Apostolos etiam appellari consueuisse dimissorias appellantium ad iudicium superioris, ut notat Abulensis, ex iure constat, sed haec significatio parum ad rem facit.

Sed de missione Apostolorum (haec est 8. prerogativa) cum uicaria, et uniuersali potestate locos primarios ostendo. Primus, ac nobilissimus sit ille apud Matthaeum. 28. 18. 19. 20. Accedens Iesus, dum conuenissent discipuli ex eius mandato post sanctam resurrectionem in montem Galilee, qui creditur fuisse Tabor, locutus est eis undecim nimirum Apostolis, atq. ut intelligerent quam potestatem acciperent, quasi sua commissionis a Patre literas profert, dicens, Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra, cunctos ergo docete omnes gentes. Et Notanda ibi uicaria particula ergo, quae indicat exalena sua potestate Christum dominum Apostolos misisse ad omnes mundi nationes docendas, et per baptismi gratiam aggregandas ad Christianam Ecclesiam, et caelorum regnum. q. d. siquidem mihi a Patre Deo haec deman data prouincia est, ut uniuersum genus hominum ex peccati uinculis redimerem; et demonis ereptam potestate in ueram libertatem assererem; atq. ad regni caelorum aeternas sedes transferrem; ecce quod priuatum erat, absolui, redemptionis precium cumulatim mea passione, ac morte persolui, per resurrectionem uis omne restitutum mihi est, rex cons

Prerogatiua
Episcopali
Potestas perfec
ta sacerdotij
De antiquitate
uocis, atq. appella
tionis
Baranius
Josepho
Honorij
Abulensis
Matthaeus 28.
18. 19. 20.
Potestas uniuersalis
Missio Apostolorum
potestatis redintegrati.

79.

80.



titulus sum omnium tam celestium, quam terrestrium incolarum, et cælum mihi parat, et terra necesse est, restat igitur, ut vos, quos ad hoc munus iam pridem elegi, in varias orbis terrarum partes dimittam, ut de tanto beneficio cunctos admoneratis homines, doceatisque quam ratione, et via eius futuri sint participes. Ite ergo, sic præstate, meam vobis potestatem do, meas vias committo, quæ quæ authoritatis in Sanctam necesse est, trado, euangelium regni prædicare, gratiam, pacemque promittere, fidei diuinæ dogmata proponere, penitentiam, et remissionem peccatorum offerre, credentes baptizare, baptizatos tinctos ad regnum cælorum admittite, admissos in ecclesiam aggregare, bene atque beate viuendi leges, et præcepta dare, vicia, atque peccata fugiendi, viam, normamque præscribere, omniaque ita, ut à me accepistis, exequenda curate; neque verò me vobis longe abesse putate. Ecce enim vobis semper atque in omnibus, et vobis adero, non solum umbra præcedens, ac manum defendens, verum, et cooperans, et confirmans quicumque vobis in eo nomine perfeceritis. Secundus locus est. Marci. 16. 15. et dixit eis, Euntes in mundum vniuersum prædicare euangelium omni creature (rationali scilicet) qui crediderit, et baptizatus fuerit saluus erit, qui uerò non crederit condemnabitur. Tertius locus est apud Ioan. 20. 21. Dixit eis (Apostolis die resurrectionis congregatis) Pax vobis sicut misit me Pater, et ego mitto vos. quibus verbis aperte sibi vicarios facit, quippe quas suo nomine legat, ut ante passionem promiserat, ut præcedenti S. retulimus ex Ioan. 17. 18. Hoc enim legati munus vicaria potestate legantis mandata, negociisque præstare, et exequi. Sed attende, non equalitatem, verum similitudinem tantum per particulam sicut indicari; Christus enim missus à Patre in mundum cum equali potestate, quia Deus erat, Patri equalis, et verus naturalisque filius; Apostoli autem tamquam ministri, ac vicem gerentes missi, non propriam, sed commissariam authoritatem, atque ad eum dependentem ab eo, qui misit, domino Iesu, habuerunt; sequitur apud Ioan. 20. 22. 23. Hæc cum dixisset, insufflauit, et dixit accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt. Per hæc verba satis aperte significatur iuris dictionem episcopalem, simul cum legatione Apostolis immediate à Christo fuisse traditam, quod egregie explicatur à Tolet. Cardinali super Ioannem loco citato. Ita etiam intellectum à Gregorio Magno, ostenditur ex Homilia eius 26. in euangelium, ubi sic ait; sciendum verò est, quod si, qui prius spiritum Sanctum acceperunt, ut ipsi innocentes viderent, et in prædicatione quibusdam prodesse, idcirco post resurrectionem domini sponte acciperunt, ut prodesse non paucis, sed pluribus possent; libet ergo intuari illi discipuli ad tanta onera Summitatis vocati, ad quantum culmen gloriæ sunt perducti; ecce non solum de se ipsis securi fiunt, sed etiam principatum super omni iudicij sortuntur, ut vice domini quibusdam peccata retineant, quibusdam verò relaxent. Horum nunc in ecclesia episcopi locum tement, et soluendi, et ligandi authoritatem suscipiunt, quia gradum regiminis sortuntur, grandis honor, sed graue pondus, istius est honoris, durum quippe est, ut, qui nescit moderamina vite sue, iudex fiat alieni. Flactenus Gregorius. Ex quibus liquet Apostolis quorum succedunt in locum episcopi, iurisdictionem episcopalem immediate datam à Christo per hæc verba.

81.

Munus et
tas Aposto-

Protectio
numquam
mice.

Marci. 16. 15.

Ioan. 20. 21.

Ioan. 17. 18.

Officium
gati.
Sicut non
equalitas
sed similitudo
nam dicit.

Ioan. 20. 22.

Iuris dictionem
episcopalem
dicitur.

Toletus
Greg.

Apostoli
militia
ad altum
culmen
iudicium
tas in
Crisostomus
tenent.



Ano

82.

Imo et ordinem episcopalem per eadem verba et iurisdictionem immediatè à Christo ac-
 cepisse Apostolos probat. Atque grauis author nostræ Societatis Institut. Moral. p. 2. lib. 2.
 D. August. 11. q. 1. fauet suæ sententiæ. Nemo ignorat, inquit, episcopos ecclesijs salua-
 toram instituisse; ipse enim prius quam in celum ascenderet imparens manibus Apostolis
 eos ordinauit episcopos. Pater Gregorius de Valentia disput. De sacramento ordinis
 et ait, declarari (sed non vari) per hæc verba, quorum remisistis, potest ab eorum
terribi peccata; datam verò alijs prius. Mihi valde quidem pressatur per illa verba,
Sua. 22. 19. Hoc facite in meam commemorationem, non simplices sacerdotes, sed
perfectos, id est episcopos ordinatos sicut Apostolos. Non solum enim iubet Christus,
 ut consecrent corpus suum, sed ut consecrent etiam sacerdotes, quod est munus epis-
 copi. id quippe faciebat ipse dominus, et suum conficiebat corpus, et sacerdotibus ini-
 tuat, suas autem vias plenè ac perfectè per hæc verba tradit, et primos sacerdotes
 in tota sua integritate perfectos instituit.

Non est autem dubium episcopum à presbytero, siue à simplici sacerdote non
 essentia, sed gradu distare, tamquam perfectum à minus perfecto. Extenditur enim
 in episcopali consecratione sacerdotis Character, ut sit episcopus omni ex parte per-
 fectus sacerdos, nimirum ut possit non solum quicquid presbyter, sed etiam plus
 etiam sacerdotali ordinem conferre, et sibi similem sibi spirituatiliter facere; hoc
 enim perfecti in suo genere proprium est, ut faciat sibi simile. Est itaque idem mu-
 nus et ordo sacerdotalis in presbytero, qui episcopus fit: dicitur auctoritate, et
 iurisdictione auctior, quare et maioris ~~causa~~ gratiæ causa præcul dubio erit.

Sunt qui asserant non omnes Apostolos, sed unum Petrum dumtaxat à Christo im-
 mediate episcopalem consecrationem habuisse, reliquos verò à Petro ordinatos epis-
 copos; licet omnes immediate à Christo iurisdictionem episcopalem acceperint non re-
 strictam, sed pro orbe uniuerso. Si suam sententiam probare nituntur ex constitutio-
 nibus Apostolicis lib. 8. Clementis Papæ, ubi dicitur, Nos tredecim Apostoli à Christo
 Salvatore, ab Apostolis vero ego Iacobus, et ego Clemens. sed rogo qui sunt isti tredecim?
 num Paulus cum aliquis duodecim? at cur de numero duodecim excluditur Iacobus?
 et qui est nos à Salvatore? cur non potius electi, vel missi, aut iurisdictione donati,
 quam ordinati, vel consecrati? sed esto consecravit Petrus reliquos Apostolos undecim,
 nihil tamen præterea dignitate, quam hæc octaua prærogatiua contulit, detractum
 putamus. si quidem omnes missi dicuntur à Christo immediate, et cum uniuersali iu-
 risdictione, atq; episcopali potestate missi. Sit sane illa unius Petri summi Pontifi-
 cis ecclesiæ atq; uniuersalis pastoris, et Vicarij perpetui Christi domini singularis
 prærogatiua, ut ipse solus fuerit à Christo immediate consecratus episcopus, satis
 abq; controuersia dignitatis supra reliquos omnes, et sacerdotes, et episcopos, duode-
 cim Apostolis inest, quod fuerint ipsi soli à Christo immediate sacerdotali Characteri
 insigniti, et cum summa atq; æquali cum Petro, licet extraordinaria, in totum orbe
 tenet locati; et si non ordinati (ut sic contendunt) tamen vocati, electi, instituti, con-
 firmatiq; episcopi. Verum enim verò illa verba Ioan. 17. 18. Sicut tu me misisti in mun-
 dum, et ego misi eos, et pro eis ego sanctificame ipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate.

83

84.



(quae supra de ceteris & precedenti) sacrificium indicant oblatum à Christo pro sanctifica-
tione et consecratione eorum, quos in mundum erat missurus Apostolos, cum ergo Episco-
pos missurus esset, id est, perfectos sacerdotes, et omni praeditos dignitate, ac potestate,
erga tales sacerdotes, hoc est, Episcopos ordinasse credendum est. quid enim? cum idem con-
ferret sacramentum, eundemque ordinem tribueret, necesse fuit per partes, et non totum
omnibus, sed uni duntaxat probere seipsum? Num ludas non fuit consecratus Episco-
pus? cum de eo scriptum sit Act. 1. 20. Episcopatum eius accipiat alter, nunc, ut Petrus
consecraretur Episcopus, iterum sui sacrificium fecit Christus? quod si per illa verba loquar
nis ad, sicut misit me Pater, etc. Accipite spiritum sanctum, quorum remisero eis etiam
universalis iurisdictio, episcopalis quoque potestas data est, quis non crediderit, vel ante in
Cena, vel tunc simul ordinem episcopalem collatum fuisse, ut supra ex Augustino, et
alijs Doctoribus recentioribus dicebamus.

Probat illius
iur à Christo
diate Augusti
sacros ordinem
qualen accepit
Ludas an fuit
episcopus.
Act. 1. 20.
Act. 20. 31

85.

Sed quare dicitur, si quidem omnibus Apostolis duodecim plenam, integramque potes-
tatem, universalemque iurisditionem pro toto orbe cum legatione concesserit, quid am-
plius Dedit Petro, cum eum, et claudibus ecclesiae profecerit. Matt. 16. 19. et non solum in
nis, sed etiam dicitur proposuerit. Luc. 21. 16. 17. Respondet D. Quares 3. p. 2. to. 24. sic
tione, omnes quidem Apostolos pariter fuisse officio, et munere Apostolico; Petrum ta-
men potestate, et dignitate maiorem ceteris; si quidem is Pater, et pastor constitutus est
omnium hominum etiam undecim Apostolorum. An solum enim (inquit Peregrinus) om-
nium Christi, sed et pastorum etiam custos fuit, imo et caput; unde magisterium, et regimen
ad omnes Christi ecclesias diffundendum erat. Hoc enim proprium petri super quam fun-
data est ecclesia. Respondet amplius, et distinctius noster Mor instit. Moral. 2. p.
4. l. cap. 11. et ait, dux fuerunt Petrus potestatis, una quidem Apostolica legationis, et mu-
neris, altera vero supremi in ecclesia pastoris. ratione primae erat Apostolus, sicut et
ceteri Apostoli, omnes enim fuerunt Christi legati in totum terrarum orbem missi cum
potestate promulgandi Evangelium, ubique ecclesias erigendi, Episcopos creandi, clericos
ordinandi, scripturas canonicas condendi, sancienti leges, miracula facienti; sed su-
periusmodi potestas data est Apostolis, non in successores transitura, sed destituta una cum
ipsis, fuit enim in illis Apostolica legatio, personarum privilegium à Christo accep-
tum. altera vero potestas est Petro tributa, quae quidem non fuit peculiaris Petri ipsius,
sed ei conveniens ratione muneris, et officij, ad quod est divinitus electus; Nam Chris-
tus sui loco cum in ecclesia vicarium creavit cum potestate ordinaria tandem dura-
tura, quandiu ecclesia permanebit. Factenus Mor. cui cononat Christi senensis divi-
sio illa triplicis potestatis in Petro, ordinis, Apostolatus, et regiminis, quarum tertia pertinet
et suis coapostolis, non in alijs. Hinc constat summum Pontificem Petro succe-
dere in munere duntaxat universalis pastoris, sicut et Episcopos reliquis Apostolis
successisse constat in peculiari munere Episcopi. quare Romanus Pontifex supre-
mam habet, et sicut Petrus, in tota ecclesia potestatem. Episcopi vero non habent
ampliores, latioreneque, quam convenit illi Episcopatu, cui proficiuntur. Hanc
autem restringere, seu augere potest, ut congruum iudicavit ipse summus Chris-
ti vicarius, fuit itaque Apostolica legationis potestas extraordinaria, sed duodecim
Apostolis communis, ac ordinaria eorum potestas fuit episcopalis, et in certam

Matt. 16. 19.
Luc. 21. 16.
Apostoli offi-
cium, Petrus
iur potestatis
dignitate.
Quares
A. 20.
In Petro duo
potestates, et
talis, et summa
Pastoris
Apostolica
suis et potes-
Apostolica
tate, personarum
privilegium
Petrus
vicarius et
potestatis
naria semp
duratura
X. ista
Summi
fex succed
tate in omni
universali
tatis. Alij
pi alijs
lis in muni-
solum episc
Potestas
ma extraordi-
naria, et
ordinaria
fuit Petri et
Apostolis
promissa



provinciam, et locum (nam diuisi fuerunt inter ipsos orbis provincie, ut alioi dicimus) Sac
 Data inferiores, illa pariter extiterunt; que est prerogatiua 8. De qua factenus. sed cum hec
 que potestates simul in singulis fuerint Apostolis, neq; Apostolica legatio fuerit in eis seime
 ta ab episcopali munere, non est illa dignitas plane despicienda, que ex hac coniunctione
 succreuit. At si sacerdotij, etiam in simplice sacerdote, tanta est authoritas, ut ipsos presbiter
 ros, non solum popularibus, sed etiam principibus proficiat, proponat, atq; eorum spirta
 les Patres faciat, qui filios ex spiritu Deo gignant, futuros glorie cum Christo coheredes, hos
 pasto nutriant, et augeant eucharisticos, eos etiam ex faucibus Oris eximant condonatis
 criminibus, per confessionis sacramentum, eosdem ut recte uiuant, in matrimonio cons
 tituant, et benedicant, et ne deficiant, in extremo vite periculo, siue periculo per unctiones
 sacras efficiant; quanta in episcopo esse erit sublimitas, in quo potestas maior, maior
 et magis propria iurisdicctio, et facultas, non solum ad ea, que tetigimus sacramenta, =
 sed etiam ad que nihil possunt soli presbiteris, a quibus enim contra fidei hostes robo
 ramur, armamur q; in Christi uero athletas, et in suscepta gratia confirmamur, ab epis
 copis, a quibus etiam non solum milites, sed et duces, atq; imperatores spiritualis militie
 institumur, et extolimur, ordinibus sacris initiati, ab eisdem episcopis, certe si presbiter
 nis absoluedi, atq; ligandi facultas inest, non nisi ab episcopis eam debeant, exercecere
 licitum est, at uero ipsi episcopi plena potestate, atq; iurisdictione continud, ut propositi
 sunt ecclesie, legitimiq; effecti episcopi, potiuntur, et gaudent. Tantumq; ualent in sua
 Diocesi, quantum summus Pontifex in toto orbe, nisi ab hoc iustis de causis, modus men
 suraq; certa fuerit aliquando prescripta.

S. 10. De Prerogatiua 9. Apostolorum ab spiritu
 Sancto infusa, plenitudine gratiq; confirmati.

Diuina gratia roboratas, ac confirmatos fuisse Apostolos duodecim postquam in eos
 die Pentecostes spiritus sanctus descendit, ita quidem, ut nullum deinceps peccatum
 mortale admiserint, nemo est, qui dubitet, quam uero id certum sit subiectis ex
 locis intelligi potest. Primum reuocemus in memoriam illam Domini promissionem
 siue consolationem, cum tristis ex suo discessu dixit. Ioan. 14. 16. 17. Ego rogabo Pa
 trem, et alium Paracletum, id est, consolatorem, siue aduocatum propter me, dabit
 uobis, ut maneat uobiscum in eternum. ergo qui nunquam discedet a uobis,
 si ergo semper habituri erant spiritum sanctum, non erant ullum peccatum mor
 tiferum admisuri, qui cum spiritus sanctus manere nequiret. in eternum inter
 pretatur Maldonatus per totam uitam. Chrysostomus etiam post mortem. Dypertus,
 Dorcas perdecet in eternam uitam. Pererius, perpetuo, inquit, spiritum sanctum man
 surum in Apostolis promitti, tantaq; eos gratia cumulatorem, atq; confirmaturum,
 ut nullum deinceps in peccatum mortale labi possent, et hunc statum appellari dicit
 a Theologis confirmationis in gratia Dei usq; ad finem. uide plura apud Pererium
 Ioan. 14. 15. sequitur spiritum ueritatis, id est, non umbraticum, sed uere exhibitum. Theo
 phil. non creatum, quia omnis creatura non est uerax comparatione creatoris. Euly
 mus, non reuerti fallacem, sed Dei uerum, Augustinus, Beda, Cyrillus, firmum, stabi
 lem, permanentem ueritatem enim pro firmitate Hebraicum idioma usurpat.
 Isai. 30. 8. et 61. 8. Maldonatus, quem mundus, ut pote peccatis inquinatus, non potest



Privilegia 9. De infusa plenitudine gratie.

accipere, id est, capax non est accipiendi, quia non videt eum corporeis oculis, cum sit spiritus, nec scit eum, nec interna mentis acie comprehendit, aut interiori sensu gustat. Anima-
lis enim homo non percipit ea, que sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, et non potest
intelligere. 1. Corint. 2. 14. vel secundum Pererium, Joan. 14. 17. non videt oculomen-
tis, nec scit approbatione voluntatis, nos autem cognoscetis eum per fidem, perque
eius effectus, quia apud vos manebit, perseveranter, et in vobis erit familiariter vobis
cum agens, tam seria sollicitatio, tam firmis, certisq; rationibus facta non potuit
non impleri; atq; adeo impletam dicimus in duodecim Apostolis, qui nunquam a gra-
tia exciderunt, hic notat Cardinalis Tolenus, sed attende Sime obiter, que et mun-
do como mentiroso non puelle tener consilio, et spiritu de la verdad, como malo no gus-
ta dela fuente dela sanctidad. Sed Apostoles como hijos legitimas en la adopcion de
Dios gustavian de su spiritu sancto, y assi lo tuvieron siempre consigo, y el no los dexo
jamás caer desta gracia. Dico iterum pro ijs, qui Latina potant, mundus stultus non pote-
mendax, non capit, nec tenere potest apud se spiritum veritatis; ut pote malus, si ma-
ligus, ex sanctitatis fonte gustum nullum percipit; Apostolicus autem est, ut
pote cui vera legitio aq; adaptio filiorum Dei communicata est, obtinuit et cum in-
terno gaudio conservavit spiritum sanctum in corde manentem, a quo non est per-
missus unquam excidere, aut fieri exors tam ineffabilis gratie, qui licet possent
transgredi, tamen non sunt transgressi, que fuit eorum eximia felicitas, ut scribit
infra explicabitur, eodem cap. 14. Joannis versu 13. confirmatur, et augetur supra
exposita promissio, his verbis; Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et
Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.
Tota scilicet Trinitas Pater, Filius, et Spiritus Sanctus per gratiam venit in
animam iusti servantis scilicet precepta divina, que Evangelio denunciata sunt,
in eaq; quasi propria sede tabernaculum sibi figit stabile, et permanens, a quo
nusquam abest. Hoc profecto si quando, maxime in Apostolis, impletum est, ut eti-
am quod sequitur.

+ non videt

1. Cor. 2. 14.
Pererius
Joan. 14.

Tolenus

Eccle. 31.

Joan. 14.

Trinitas
per gratiam
venit ad

Dom.
Tim

Matth.
c. 23.

Protectio
promissa
perpetua

Utrum

Utrum

Utrum

Utrum

Utrum

promissio

87.

Apud Matthaeum capite ultimo versu ultimo insignis illa promissio Domini, que
clausula est ultima totius Evangelicę historie, et ecce ego vobis cum sum omnibus
diebus usq; ad consummationem seculi. singula verba emphasim habent. Ecce
verum magnam, et mirabilem, inexpectatam, novam, superantem desiderium
ego homo Deus, redemptor hominum, rex cęli, et terrę, magister vester, et dominus
vobiscum non tantum per potentiam, presentiam, essentiam, conservando, pro-
videndo, protegendo; sed etiam per gratiam, et dona spiritus sancti, inhabitando
corda vestra, et cooperando actiones vestras, et cooperando, et corporaliter, atq; re ipsa exis-
tendo per Eucharisticę sacramentum, sum ex hoc nunc, et usq; in seculum, id est,
non solum, dum hoc loquor, precipia, ac promitto, verum etiam continuo ac perpe-
tuo tempore consequenti; hoc est, omnibus diebus abq; intercapedine, aut inter-
missione unius momenti, usq; ad consummationem, et finem seculi mundi divini,
q. d. Dum vixeritis, dum opus erit, nunquam vobis deero. quis itaq; dubitet con-
secratos Apostolos hac singulari Christi pollicitatione, nunquam in peccatum
excidentur; quod cum gratia consistere requisisset. Non est ambigendum hanc



promissionem Ecclesiæ factam fuisse Christi sponsæ, cuius semper leua sub capite, et dextra ~~est~~
amplexatur. Cant. 8. sed nec dubitare licet in ijs primo, ac præcipue impleri debuisse, qui primi du-
 ces, et eximia capita fuerunt Ecclesiæ; quibus nominatim, et sigillatim facta est ipsa promissio.

Vnde liquet perseverantiæ donum Apostolis fuisse à Domino concessum; quod ut asserit, et probat nos
 ter Gabriel Valquez in s. Thom. 1. p. Disp. 49. c. 2. Petijt Christus, et impetrauit à Patre illa oratio-
 na, quam Sabuit sub initium passionis, præsertim illis verbis Ioan. 17. 15. Non rogo, ut tollas eos
de mundo, sed ut serues eos à malo. et ibi versu 11. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos
dedisti mihi ut sint unum, & sicut et nos. et ibi versu 24. Pater, quos dedisti mihi volo ut vbi sum
ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante
constitutionem mundi. Tria videntur. Sic verbis à Christo pro Apostolis postulata, et impetra-
 ta à Patre, primum ut, quandoquidem necesse erat, ut euangelium prædicaretur per ipsos,
 ut non tollerentur, sed manerent inter pericula mundi, et tentationibus demonum obuij, et
 custodiret indemnes, immunusq; ab omni peccato, hoc est, à malo, à mundi malignitate, à
 Demonis versutia, et peccati malitia. secundum, ut diuina virtute, atq; potentia protege-
 ret, tuereturq; discipulos suos, quos sibi dederat, ne unquam exciderent à gratiâ, quam suo
 beneficio consequuti fuerant; sed omnes unanimis perseverarent, nec inuicem separari con-
 tingeret, per Charitatis defectum, ut Iudæ miserò accidisset; sed manerent ita semper inter
 se colligati per charitatem, ut Pater, et filius, et Spiritus Sanctus, qui separari nulla ratione
 possunt. vide quam exactè, atq; ex animo Christus suorum Apostolorum velit perseveran-
 tiam; nec verò tam sancta, et tam prompta voluntas, et tam seria petitio à Patre sanc-
 titatis fonte fuerat repellenda. Tertium postulatum est effectus perseverantiæ, ut nempe
 fruantur cum ipso Patris gloria, et qui in mundo per charitatem simul fuerunt, sint etiam
 in celo per gloriam, singularis certè benevolentia Christi in suas; quibus non modo vult,
 exoptatq; gratiam, et gloriam, verum et eum gradum dignitatis exposcit, in quo secum
 participes sint eiusdem hereditatis, secumq; conregnent. ~~vide super hunc~~ vide super hunc
 locum Maldonatum nostrum, qui de Christi humanitate interpretatur, quod dilecta sit à
 Patre ante mundi constitutionem, et ad eam gloriam, quam dixit, prædestinata.

Confirmat superiores promissiones D. Lucas et in euangelio c. 24. 49. Vbi hæc Christi ver-
 ba ponit; et ego mitto iam iam certissime, Sanc vim Sabet præsens pro futuro positum,
Promissum Patris, Spiritum nempe Sanctum in vos, vos autem sedete (et expectate) in ciui-
tate Ierusalem quoad usq; induamini virtute ex alto. et in Act. c. 1. 5. Vos autem baptis-
mini spiritu sancto non post multos dies. Vbi videt verbo baptisandi interpretari Ver-
 bum induendi, vtrumq; verò copiosum imbrem gratiæ significat, et abundantem virtutem
 spiritus Sancti: hæc enim est virtus ex alto. Theops. super Lucam versu 49. citato, inte-
 gram tutelam spiritalis velaminis indicari ait à Christo. rursus Ioannes fernandes nos-
 ter in thesauro, deserit nunquam virtute spiritus Sancti explicat, qui integram eius tu-
 telam habent. Hoc tandem impletum promissum narrat idem sacer scriptor in Actis
 c. 2. 4. cum ait, et repleti sunt omnes quotquot aderant, quorum primi Apostoli spiri-
tu sancto replendi verbum adhuc magis exaggerat, et explicat illa baptisandi, et induen-
di abundantissimam nempe spiritus Sancti gratiam, quasi voluntariam pluuiam
cecidisse indicatur super Apostolos, qua et foris, et intus redundarent.

Ex qua gratiæ plenitudine tanta facile intelligitur satis superq; protectos præquan

Prærog. 9. De ipsa plenitudine gratiæ.

eosque Apostolos fuisse, ne ullum unquam peccatum lethale committerent, aut admitteret.
 Quippe qui vasorum instar diuino liquore exundantium incapaces omnino facti sunt alterius
 liquoris putidi, peccati scilicet, ac malitiæ, de quibus illud aptè proferemus Cant. 7. umbilicus
tui crater tornatis non indigens poculis. Quod ut intelligas, attende, et reuoca in memori-
 am, ad Ioanne Apoc. 1. 13. visum fuisse Christum dominum per circum ad mamillas zona aurea
 zona hæc, siue cingulum esse dicitur suorum fidelium ecclesia, cuius cinguli fibula aurea,
 quia medium tenet, et supra umbilicum cadit, umbilicus nominatur, esseque intelligitur
 instar pyxididis odore refertæ, eaque representat collegium Apostolorum, quod medium in
 ecclesia, id est, præcipuum tenet locum, estque sponsæ Christi siue umbilicus, siue pyxididis
 aurea odore gratiæ, et spiritus sancti ad summum usque repleta, ut exterius nihil illi accedere, si-
 ue adungi queat; imo sicut ferrum ardens (ut alia idem comparatione illustramus) stipulas
 applicitas subito adurit, sic ignita corda Apostolorum quicquid cogitationi terrenum occurreret,
 statim inflammabant, absumebantque, et magis ardendi, atque augendi ignem gratiæ occa-
 sionem offerebat. Hoc sic explico. Acceperunt quidem Apostoli non semel, sed sæpius
 spiritum sanctum. Primum in baptismo sacro, cum Christiani facti sunt; deinde in re-
 surrectione Christi per flatum, quem eis infudit, Ioan. 21. Denique in Pentecoste, cum sub
 forma ignis apparuit spiritus sanctus, quo repleti sunt vniuersi. Act. 2. Notari dignum
 primo per aquam, secundo per ventum, siue aërem. Tertio demum per ignem significatum
 fuisse spiritum sanctum; ut sic innotescat tanto abundantius, seu perfectius communica-
 tam eis fuisse gratiam spiritus diuini per posteriora symbola, quantum distat superius ele-
 mentum ab inferiori, imo sicut in sua sphaera ignis nunquam extinguitur, omniaque
 in se transmutat, et conuertit, Sæd secus Apostoli ex quo replebit eas ignis hic diuinus, num-
 quam deinceps gratiam amiserunt; quippe qui vinci à nemine, omnes verò ad se, imo
 ad Deum conuertere poterant. quin etiam tanta in eis splendebat lux, tanta vis diuini
 spiritus celestis, ut neque tenebris ignorantie unde incipit peccatum (siquidem, omnis pec-
 cans est ignorans ex Arist.) neque concupiscentiæ tyrannidi, quæ illud suadet, ullus esset re-
 liquus locus, itaque quod scriptum est à philosophis naturæ indagatoribus de topacio lapide
 precioso, quod immissum in feruentem aquam, mox eius vires frangat, bullasque insurger-
 tes remittat, ac reprimat; hoc de spiritus sancti virtute dici potest, quæ in Apostolis fer-
 uentes carnis motus, et concupiscentiæ conatus facile retunderet, atque superaret, ne aduer-
 sus rationem cristas erigere, aut insurgere liberius unquam posset. Quare non sine maxi-
 ma ratione D. Ioan. Apoc. 21. 20. dum exponit duodecim ecclesiæ fundamenta, locum tribu-
 it Topacio nonum, quod symbolum sit spiritus sancti. Nam cum illi lapides preciosi duo-
 decim fidei articulus, quæ sunt ecclesiæ solida fundamenta, significant, articulus nonus
 mysterium continet spiritus sancti, ut erudite satis probat Alcaeus noster. Huc facit
 testimonium S. Augustini retrat. 1. c. 19. qui dum explicat illud Matt. c. 5. 9. Beati paci-
 fici in quibus, inquit, motus carnis rebelles contra rationem domiti sunt, subiungit,
 et ista quidem in hac vita compleri possunt, sicut in Apostolis completa credimus. quæ
 verba refert Ioan. Fernandes in thesau. verbo Apostoli numero. 11. v. 131.

S. 11.

De eadem Prærogatiua 9.

Sicut quæ dicta sunt superiori S. 10. sufficere possent ad probandam hanc prærogatiuam



ostendendumque Apostolos plenitudine gratiæ a deo confirmatos, et corroboratos, ut in posterum liberi, et immunes extiterint, ex quo acceperunt spiritum sanctum die Pentecostes usque ad mortem, ab omni labe grauioris peccati, tamen ut hoc magis illustremus, rationes producere licebit, quibus non abs re eis tantum donum fuisse concessum, manifesto constat. Atque ut sine ordiamur certum esse, pona gratiam à deo dari solitam promunere, et officio, cui præficit ministros suos, cum verò inuicem Apostolicum tantum sit, tantumque dignitatis, ut nulli sit impar in ecclesia, vel nullum forte eo maius esse soleat, vix locus dubitandi relinquitur, si alijs hoc privilegium concessum, quin Apostolis concessum fuisse, debeamus fateri, certè muneri præcursoris multis titulis præstitit Apostolica legatio, nam et potestate, et dignitate, imò et rerum agendarum magnitudine, labore, ac difficultate præcessit. Præcursor enim vni populo, in vnaque gente non vniuis diffusa locis, de Christo præbuit testimonium; at Apostoli duodecim tanquam capita, et fundamenta ecclesiæ æcumenicæ, ut pastores, doctores, ac principes vniuersales, toti mundo latè, longèque patenti locis distincto, populis vario, gentibus innumerabili euangelium prædicauerunt, fidem tradiderunt, testimonium, et cognitionem Christi domini persibuerunt, ad ultimos usque fines orbis terrarum Dei, et gratiæ eius verbum disseminantes peruaserunt, atque penetrarunt. quãdignè Ioanni Baptistæ præcursori non negatur, æquiori iure Apostolis tribuendum dicamus necesse est.

Non inficiamur tamen officium, quod datum fuit beatissimo Iosepho patri et sponsus sanctissimæ matris Dei, et curator seu Pater educationis Domini Iesu extitit, maioris quoddam modo fuisse dignitatis, quam Apostolicum; siquidem Apostolicum ad gratiam, quam Theologi gratum facientem dicunt, hoc est, ad Christum in corde fidelium generandum, hocque efficiendos Dei adoptiuos filios, pertinebat. At sanctissimi Iosephi officium ad dirigebatur, ut diuinæ personæ filij Dei immediatè, ac proximè in Christo, vel mediatè pauloque remotius in beata Virgine Dei genitrice inseruiret: maius autem dignitatis pondus ex hoc munere existit, promanatque, quod ad Deum proprius accedit, si cuncti et hypostatica unio maior esse dicitur gratia, quam habitualis, quæ iustum ex impio facit, non verò ex homine Deum: sic etiam Cubicularius regis ex eo quod proprius Lateri Seruæ regis, maiorem dignitatem assequitur. Non ex his inferri velim, vel Ioanne, vel Iosepho sanctiores Apostolos omnes fuisse, vel minus fortasse sanctitate præeminere, quod ex solo munere, et officio colligi nequit; cum aliunde in quouis eorum augescere potest sanctimonia, et gratiæ perfectio; sed hoc vnum cunctis esse notum cupio, quod ceteris vel summis sanctitate viris conceditur Apostolis minimè posse denegari. Sac autem de re disputat magis exactè Franciscus Xuares to. 2. 3. p. 7. 24. supradicta ratio nõ obscure, aut leuiter confirmari queat ex his, quæ Apostolis attribui consueuerunt. Nam quos dicimus testes electos fuisse à Christo suæ resurrectionis gloriosæ opere, precium est similiter ab omni peccati grauioris macula liberos, et maximis virtutibus (ut supra diximus) cohortatos. Præterea si duodecim Apostoli sunt ecclesiæ Christianæ prima fundamenta, quis audeat tam demissè de eis sentire, ut vllum vitium admittat in fundamentis, quibus vniuersæ fabrica ecclesiæ fundata est? quomodo preciosi dicerentur hi fundamentales lapides, si minus integri, si viciosi fuissent. Columnæ fuere ecclesiæ Apostoli, quod et Paulus indicauit infra c. 2. v. 9. Sas columnas stables, immobiles, firmissimas semper futu



ras fuisse prœdixit regius vates nomine Christi loquens Ps. 74. 4. Ego confirmaui columnas eius
 q. d. licet habitatores terre, Semines scilicet, vicium faciant, imo et deficiant à virtute, et quasi ce-
 religues facti dispercant, tamen Apostoli à me gratia muniti, et confirmati nullum vicium ad-
 mittent, verum in gratia fulti, semper recti, atq; integerrimi stabunt. iam verò portas cœles-
 tis ciuitatis, quæ fulgentissimis margaritis comparantur, singulæq; ex singulis unioni-
 bus factæ dicuntur, quis non existimet abiq; peccati scissura constituisse? stellas incipi-
 te solis quomodo nebula potuit obscurare contagionis peccati? specula Christallina, ac nitidis-
 sima, in quæ lumina fidelium omnium intentata esse oportebat, nec uum habuisse siue scissuram
 nonne turpe sit credere? Pones propositionis semper Deo presentes ab omni latrocinio, aut le-
 nocinio Demonis quotusquisq; non arbitretur tanto custode satis fuisse prœmunitis. Ac deniq;
 quæ tanta esse potuit hostis animorum audacia, ut ad eos accederet tentatione pulsandos, vel
 infectione turpandos, qui tamquam preciosissimi lapilli in pectore essent, et iuxta cor illud diui-
 num Christi summi sacerdotis!

91.

Sanctus Iacobus episcopus primus Hierosolymorum, idem q; ex Apostolis duodecim, ita in
 sua Canonica loquitur de se ipso, et reliquis Apostolis: Voluntariè enim genuit nos uerbo ve-
ritatis, ut simus in initium aliquid creaturæ eius. Erasmus sic transfert: ut essemus primitiæ
quædam suarum creaturarum. vel ut explicat Gagnæus; excellentes, et præstantiores
inter omnes creaturas, vel priores, et honore præcipuo digni; eam quippe uim habet Græca
uox ἀγαθῶν. igitur si Apostolos fecit Christus Dominus præcipuo honore dignos, et pri-
 mos ueluti fructus sui euangelij, primitias inquam filiorum Dei: necesse est illis concede-
 re quicquid primitiis proprium est, ut non solum sint primi, sed optimi etiam fructus, imo in-
 ter optimos selectissimi. quid autem amplius concedamus quam id, quod reliqua omnia
 perfecit, perueuerantiæ scilicet donum cum gratiæ confirmatione? Huc etiam spectat,
 quod ait D. Paulus, et S. Thomas interpretatus est de Apostolis: Nos autem primitias spi-
ritus habentis. fuerunt itaq; primitiæ filiorum Dei; habueruntq; primitias Spiritus Sanc-
 ti; quoniam et primi Principes Ecclesiæ extiterunt, et quicquid optimum Spiritus Sanctus
 tribuit, ipsis cumulatiè donatum est. Quare non solum fateamur oportet, Apostolos duode-
 cim aduentu Spiritus Sancti gratia sanctificantæ, quam abundantissimè receperunt
 aduersus omnes hostiles minas, tentamenta Demonis, carnis illecebras, mundi prælia, cog-
 niè munitos, ac roboratos fuisse; uerum et uniuersis etiam donis, et diuinis muneribus (utiã
 iam dicimus) magnificentissimè cumulatos, et ornatos. Donum autem perueuerantiæ cum
 effectu confirmationis in die Pentecostes (ut supra diximus) plenissimè acceperunt. ~~Quæ~~
~~præcipue~~ Apostoli omnes; qui tamen baptismi gratiam per sacramentum, ceteri ex Petro,
 Petrus, et Beata uirgo à Christo Domino suscepisse dicuntur. De quo Xuares disput. citata 24.

92.

Illud ad extremum attende, hæc gratiæ, et donorum abundantia, non modo à grauioribus cri-
 minum lapsibus liberos uixisse semper Apostolos; sed ab ijs similiter, quæ plena ex delibera-
 tione admittuntur, seu minutis, seu uenialibus erratis (quod satis probabile ducimus) ex-
 titisse alienos. Imo, qui de sancto Ioanne Baptista, nec immerito, prædicant, nullum ab
 eo, uel tenuissimum ueniale peccatum commissum, idem eos, credo, de Apostolis fuisse dic-
 tuos. uerum de hac re uide Xuarem citationem Disp. 24. Sect. 4. qui strictius rem persequitur,
 nec tamen concedit sanctissimum Ioannem Baptistam ijs uenialibus culpis, quæ per subrop-
 tionem contrahuntur, omnino caruisse. ex omnibus quæ dicta sunt non licet colligere



Apostolus

Portæ cœles-
 Uniones.
 stelle.
 Specula.
 Panes propo-
 sitionis.
 Demonis.
 S. Thomas.
 Lapidis
 precioso-
 sancti Iacobus
 Erasmus
 Primitiæ
 Gagnæus
 Apostoli
 et selectissimi
 Perueueran-
 tiæ
 S. Thomas
 Rom. 8. 17.
 Primitiæ
 Dei, et primi-
 tiis Spiritus Sancti
 Primi primi
 Ecclesiæ.
 Apostoli
 et Beata
 uirgo
 Xuares
 Disp. 24.
 Sect. 4.
 Ioannem
 Baptistam
 ijs uenialibus
 culpis

Apostolos liberos ad peccandum, si forte vellent, non mansisse, quod dixisse Catharinum refellit P. Gabriel Vasquez in primam partem Disp. 90. c. 2. liberi quippe semper extiterunt, eisq; dici posset illud Apoc. 3. 11. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. imo et ipsi (ut Paulus de se dicit, 1. Corinth. 9. 27.) castigabant corpus suum, ne dum alijs predicabant forte reprobi efficerentur. in illos etiam illa laus cadere minime potuit Ecclesiastici 31. 10. qui potuit transgredi, et non est transgressus eam quod de Christo domino dici nequit, qui salus necessitatem Sabuit impositam ex unione hypostatica, ut non posset peccare vlllo modo; quam nec Beata virgo, nec Apostoli Sabuerunt; verumtamen reuelationem obtinuerunt sua per seuerantia; qua certo credebant, nunquam se a gratia casuros. quam certitudinem indicat Paulus, Rom. 8. 35. cum ait; quis nos separabit a Charitate Christi. et Confirmari possunt, quae diximus auctoritate Doctoris Angelici, qui super ad Rom. 8. Apostoli, inquit, sunt alijs sanctis, quacumq; prerogatiua praeferant, praeferendi, tamquam abundantius spiritum sanctum Sabentes, et inferius, illa opera, inquit, quae fecerunt ex maiore charitate fecerunt, ex quo infert maius gloriae premium eos obtinuisse, neq; vllum sanctorum cum eis potuisse conferri, et adaequari. Nam cum gratia detur sanctis secundum mensuram Christi. 1. Cor. 4. 7. et vnicuiq; eam det Christus proportionatam muneri, ad quod eligitur, inter ceteros autem ad maiorem dignitatem sint euecti Apostoli, ut scilicet, ab ipso Christo proximè accipientes, alijs traderent ea, quae pertinent ad salutem, et sic in eis Ecclesia mirum modo fundaretur, ideo eis abundantiorum Deum gratiam prae reliquis contulit. idem super ad 1. Cor. 1. lect. 9. illa verba explicans de Apostolis; secundum diuitias gratiae eius, quae super abundauit in nobis in omni sapientia, et prudentia et quae ad Rom. 8. dixerat, confirmat, ait qd, quae quidem gratia abundantius fuit in nobis, quam in alijs. ex quo apparet temeritas illorum (ne dicam) error, qui reliquos sanctos praesumunt comparare Apostolis in gratia, et gloria. Manifesto enim patet ex verbis istis, quod Apostoli Sabent maiorem gratiam, quam aliqui alij sancti post Christum, et virginem matrem. Hoc autem ibi probat ex singulari dignitate, ad quam vocati sunt ideo scilicet singularis gratiae priuilegio dotati. Ut quae in hac prerogatiua dicta sunt, seruire ex parte possunt sequenti, ita quae in sequenti trademus, suis etiam inseruire poterunt.

§. 12. De Prerogatiua 10. Apostolorum, omnium Charismatum donis insigniter nobilitati

Gratiam sanctificationis vniuersae virtutes (quas infusas appellant) et spiritus sancti necessaria dona, consequuntur. Etenim non minus quam animum ingredientem corpus facultates humane, potentiaeq; omnes comitantur, gratiae, et Charitatis ingressum in animum rationis participem supernaturales habitus, fructusq; spiritus subsequi existimantur, Nam uti habet se animus ad corpus, quod informat, et vegetat, sic etiam gratia, et spiritus ad animum, quem viuificat, et recta ad Deum tendere facit. Verum non solum haec Apostolis duodecim donata sunt ornamenta, quae iustis, et sanctis sunt communia, dum vinculo Charitatis Deo sunt obligati; sed plura, et maiora dona ijs communicata sunt diuinitus; et illa quidem omnia perfectioni gradu; ut pote ducibus, et magistris, atq; in speculum (ut dictum est prius) et exemplar totius mystici corporis Ecclesiae delectis, atq; palam, et vbiq; propositis. Hoc fiet clarius, si consideres, contemplerisq; singulos Apostolorum, quasi quaedam bellica nauigia egregie munita, magnificeq;



ornata, per huius sæculi oceanum discurrentia, undis, ac fluctibus supermatantia, Koliminas, Aquilonum, Nothorum, Furorum, Africorum impetus, aspernantia, procellarum, atq; tempestatum vim pro nihilo ducentia, hostium æque, ac latronum insultus, appetitiones, et congressus, cum fortiter, tum patienter, expectantia, et sustinentia, ac deniq; strenuè pugnando, et perseveranter resistendo, et aduersa omnia perferendo, vincentia, et superantia. Sis duodecim fructus spiritus sancti pro æneis, solibus esse, quibus ardentes aduersus hostes fidei globulos iacerent; Octo illa, quæ beatitudines vocantur, pro missilibus telis, seu iaculis inflammatis: virtutes theologice tres, et Cardinales quatuor, totidem esse expansa vela spiritu plena, et impulsæ diuino; Dona septem spiritus sancti, tamquam signa, atq; vexilla versicolora supra arbores tropidantia, et emicantia; gratias, quas gratis datas nuncupant, pro auxiliariis ministris contributas; reliquas omnes virtutes, siue Sabitus, siue actus supernaturales, pro nauticis funibus, atq; armamentis; ac demum pro gubernaculo à puppi totum nauigium impellente, ac dirigente, nihil aliud nisi gratiam ipsam, quæ omnium supernaturalium virium, atq; charismatum, cum genitrix, tum conservatrix existit.

94.

Vel, si magis placet, cuiusuis Apostoli animum currum effice falcatis armatum mucronibus, imperatorem Christum inconferta hostium agmina vehementem, iuxta illud Naasar: Posuit eos equum gloriæ suæ in bello. ubi ex equo currum intellige, id est, ex parte totum, et singulariter dictum, quoniam licet nonnumquam binum, tamen plerumq; singuli per varias regiones discurrerunt Apostoli. Nec certè minus aptè, quam in Heliam, in Apotolum Christi quadrat illud, quod inelamavit Eliseus olim a Regum. 2. 12. Pater mi, Pater mi currus Israël, et auriga eius. Portarunt mysticum Israël Apostoli, et gubernarunt, in hoc aurigam populi fidelium, in illo currum capitis, id est, Christi representantes, Nam Israël, et Christum, et Christianum populum adumbrare potest. Christus itaq; cum sit caput, et corpus mysticum Ecclesiæ; quatenus caput vehitur, quatenus corpus regitur. Vtrumq; autem munus et vehendi, et regendi præstiterunt Apostoli. unde cuiusq; Apostolorum, ut pote, qui Pater est velut alter Helias, aptissimè quadrat, ut sit currus Israël vehens Christum per orbem, et auriga Israël regens, ac duceus populum Christianum, hoc est, Christum mysticum in cælum; imo quas sponsa appellauit Cant. 6. 11. quadrigas Aminadab, eas Apotolos significare quibus non ineptè dixerit, cum si fuerint principes Ecclesiæ, iuxta quos, siue propter quos ipsa vehitur velocius ad sponsum, et si legas; Posuit me currum Aminadab, cum Apostoli subeant personam sponsæ, ut valde excellens pars Ecclesiæ, satis aptè eos nomine currus appelles. In hoc ergo falcato curru, pro rotis quatuor, quadruplicem pone virtutum, gratiarumq; ordinem, septenario numero clauorum aureorum insignitum; primam efficiunt rotam theologice, et Cardinales virtutes septem. Fides, Spes, Charitas, Prudentia, Auiditia, Fortitudo, Temperantia: secundam, totidem virtutes, quæ aduersus capitalia militant vicia; Humilitas, Liberalitas, Patientia, Castitas, Abstinencia, Comitas, Diligentia: Tertiam, spiritus sancti dona antonomasticè sic nominata, Sapientia, Intellectus, scientia, Consilium, Fortitudo, Pietas, Timor. quartam deniq; gratiæ in utilitatem hominum cælitus datæ. Prophetia, Discretio, spirituum, Interpretatio sermorum, Linguarum donatio, Gratia sanctorum, miraculorum Potestas, Demorum expellendorum facultas. iam verò duodecim fructus



Spiritus

spiritus, et beatitudinum, quas numero octonario concludit S. euangelista Mattheus, illi actus heroici, atq; strenui pro falceibus sunt mucronatis ad prosterneudos hostes, qui obuiam occurrunt, oppositissimi, et utilissimi.

Hunc forte currum sub ferculi nomine descripsit salomon Cant. 3. 9. Ferculum, inquit, idest, currum gestatorium, fecit sibi rex Salomon, Christus nempe pacis author, et princeps ex lignis Libani, quæ carie non corroduntur, imputribiliaq; sunt, et fidem Apostolorum = significant, charitate viuentem, nec unquam morituram, post acceptum (ut supra dictum est prerogatiua superiore) cum plenitudine spiritum sanctum, Columnas fecit argentæ, quæ doctrinam Apostolicam innuunt, quam regius psalter appellat Ps. 11. 7. argenteum igne examinatum; reclinatorium aurum, quo representatur Charitas per spiritum sanctum in cordibus diffusa. Rom. 5. 5. ascensum purpureum, hoc est, martyrium, in quo pro Christi, et passionis eius amore omnes Apostoli libentissimè sanguine fuso multos populos ad Christi obedientiam traxerunt. Non desunt, qui ferculum Salomonis celum interpretentur, quæ interpretatio non minus conueniet Apostolis, qui celi nomine intelliguntur apud Iobum c. 26. 13. secundum glossam Ordinariam ubi dicitur: Spiritus Domini ornasse celos. Apostoli enim celi quidem fuerunt animati, qui gratiarum Charismatis, tamquàm innumeris stellis decorati ecclesiam illustrant, quo etiam nomine appellat regius artes Ps. 18. 1. Celi, inquit, enarrant gloriam Dei. Quod de Apostolis sancti Doctores August. glossa utraq; interpretati sunt. vide Bellarminum. et Ps. 135. 5. qui fecit celos in intellectu. August. spirituales, inquit, sanctos (id est, Apostolos) quibus non tantum credere, verum etiam intelligere diuina donauit.

Nam autem in Apostolatium conuenire omnia genera spiritualium donorum, seu gratiarum, inde facile persuaderi queat, quod hoc sit primum, et potissimum inter omnia ecclesie ministeria, ut planè constat ex 1. Corint. 12. 28. et Ps. 4. 11. Nam dubium non est apud eos, qui philosophiæ studuerunt, in vno quoq; genere primum continere vires omnes, atq; facultates reliquorum, ut sit tamquam mensura, et norma ad quam illorum exigatur, inspiciatur q; et dignoscatur perfectio. ita certè dicitur Somno inter animalia omnia esse primum, ac subinde prestantissimum quiddam, cui quò propinquiora sunt reliqua, eò etiam perfectiora iudicantur; solet etiam luminum primum, unde, et = Pater appellatur Iacobi, 1. 17. cuius luci quæ magis accedunt lumina, illa sunt excellentiora, ut sidera, quæ sine dubio prestant corporibus alijs sublimaribus luminosis. Est itaq; norma luminum, quod in se omne lumen claudit. Apostolatus igitur, veluti sol doctrinæ, et vitæ in ecclesie celo contineat, necesse est, omnem lucem, et claritatem omnium eorum, qui in ecclesia lucent, ministrorum, siue doctorum, siue pastorum, euangelistarum, prophetarum. similiter cum sit veluti præses, Pater, et gubernator totius sui corporis mystici, operæ precium est, ut omnibus ijs, et virtutibus, et donis prestat, quæ sparsim in cunctis ecclesie membris possunt inueniri. Dum enumerat S. Paulus ecclesiastica munia, ita inquit, 1. Corint. 12. 28. et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, interpretationes sermonum. ad Hebræos enumerat etiam, Pastores, et euangelistas, sed hi sub Apostolis, illi sub Doctoribus fortè com- præsen- sunt. nam Hieronymo. Et, pro id est videtur dictum, ibi alios autem pas-

95.

Cont. 9.
p. 11. 7.
Ps. 11. 7.
Ps. 18. 1.
Ps. 135. 5.
1. Corint. 12. 28.
Ps. 4. 11.
Ps. 11. 7.
Ps. 18. 1.
Ps. 135. 5.
1. Corint. 12. 28.
Ps. 4. 11.



tores, et doctores, coniunctim legendum probat. Diabera in Mis. s. s. et quidem pastorum nomen
 rectoribus datur parochiarum; quorum est proprium aggregatam sibi plebem (unde et ple-
bani dicuntur) doctrinae pascere, atq; alere grato pabulo, euangelistarum duo ex numero sūt
Apostolorum duodecim, Mattaeus, et Ioannes; duo alij Marcus, et Lucas Apostolico munere
functi sunt; Episcopi etiam fuerunt, licet ex septuaginta duorum discipulorum albo assumpti.
 quamquam ad eō uariē hęc expli cantur ministeria, ut uix cum his, que modo in eclesia vide
mus, æ quiparari queant. sed haud mirum, si quidem aliud, atq; aliud temporum cursum, uarietas q;
requirit; non dubito tamen his ministerijs descriptam, que in primordijs ecclēsię viguit, ecclēsię
tię formam hierarchię; et si non fuerint omnia ad unquam ab Apostolo connumerata ministe
ria. neq; verō id agebat; sed ex pluribus enumeratis, quod ad rem presentem facere videba
tur exposuit; varia scilicet esse ministeria; nec primum tamen, aut præcipuum esse eius,
qui linguis loquatur diuersis. Attamen hoc certum sine sabendum, et expressum à D. Paulo
Apostolatum primum esse ministerium, primam dignitatem reliquis omnibus antecedentem.
quo stabilito nos apertè colligi dicimus, omnes in Apostolatum gratias conuenisse.
 Quid rursus sic explano; Ministeria in eclesia alia sunt maiora, nempe Apostolatus,
Proprietas, Doctoratus, virtutum, ac sanitatum operatio; alia minora, ac secundaria, vi-
delicet opitulationes, gubernationes, Lingua, et interpretatio. Cum ergo primus gradus
sit Apostolorum, his specialiter competit ecclēsię regimen. Nam in omnibus potestatibus
rectè riteq; compositis, et ordinatis, illud, quod præcipuum est, ac maximum, supremq; reser
uatur potestati, cetera etiam inferioribus communicari solent. quare, et si ad eos officium
docendi, ac miracula patranda potestas, at ineat, tamen et alij in Suius communione
muneris assumuntur; quorum si, quibus proximè, ac immediatè reuelatur doctrina. Pro
phetę, qui autem alijs reuelatam prædicant, doctores appellati sunt, qui miracula
edunt Græcè ΤΑΥΜΑΤΟΣΥΟΙ, id est, mirabilium patratores, seu operatores, qui sanant
hominum morbos, salutatores, siue Hispanicè saludadores, quasi saluatis dato
res uocati sunt; licet iam apud nostros hoc nomen in tanta veneratione non sit, quan
tum nece esse est sabuerit olim, cum Suius gratię ministerio sancti martyres Cosmas, et
Damianus fungebantur; qui ab ea excellentiā sortiti nominis, medici usq; in odiernum
diem nuncupati sunt, tam que minora sunt ministeria, ea seruiunt maioribus minis
tris, vel in regimine, et gubernandi onere, ut Archidiaconi, et Archipresbiteri, qui opem,
et operam episcopis in uniuersali gubernatione præstant; ut Parochi etiam, et Plebani, qui
seorsum, et in speciali partem plebis sibi commissam gubernant; vel impedimenta tollunt intel
ligeridi per linguarum donum, seu interpretationem sermonum, ut doctrina fidē facilius
percipiatur, quod videtur ad Catechistas pertinere. Sunt præterea innumera pene alia in
eclesia ministerum officia, ut videmus his temporibus; quorum partim ad doctrinę com
plementum, partim ad sacrificij, et altaris obsequium, partim ad Soras canonicas de
cantandas, partim etiam ad episcopalem curam adiuuandam, res sacras curandas,
conseruandas, dispensandas referuntur, sed de his nihil ad præsens institutum asserre
opus est. Hoc tantum ex dictis infero quod, et Chrysostomus annotat; ideo hic Apostolos
prælocatos, id est, loco primo positos, quoniam omnem in se donorum gratiam saberēt.
Nec tamen hoc aduersari putandum est doctrinę, quam maximè D. Paulus tradere in
tendit, diuisiones scilicet esse donorum, et ministerum, et operationum, nam uarij

96.

Diabera
 Pastores
 Doctores
 Euangelistarum
 Morans
 cas qui
 multo
 Ecclēsię
 Conu
 rursus
 in
 S. Thom
 Apom
 Danum
 Apom
 Apom
 In
 Minis
 nra
 S. Th
 grat
 grat
 S. Cosm
 Damian
 medici
 Archid
 Archip
 Parochi
 Pleban
 Cate
 S. Th
 Cor. 12
 Th
 Cor. 12
 necess



necessarij sunt ad rectam ecclesieq administrationem ministri, inter quos sicut ~~et~~ et minis-
teria, ita etiam et dona varia esse operis precium est. Nihilominus verò multa simul, imò
omnia dona possunt ab spiritu sancto vni, eidemq; contribui ministro, quod in Apostolis ita
dicimus contigisse; atq; ita par fuisse; quin et necessarium videtur, vt qui ministrorum om-
nium magistri, duces maximi, ac presides summi delecti fuerant, omnibus similiter
donis abundarent, gratijs cumularentur, vt sic vniuersa vel exercere munera, vel docere vniuer-
sos commode, exacte q; valerent.

Omnes autem gratias, quas Soc cap. 12. v. 8. 9. 10. Sanctus Apostolus distinguit, omnes
in Apostolis excelluisse ex earum examine, attentèq; proprio fine colligemus. itaq; S.
Thomas, dum Soc caput explicaret, omnes illis attribuit, vt infra referam; Apostolatus i-
ter proprium est regimen ecclesiasticum. quo in munere tria spectantur. 1^m. gubernati-
di authoritas. 2^m. Docendi facultas. 3^m. miraculorum potestas. miracula quidem fiunt
ob doctrinam, doctrina verò pro gubernatione est necessaria. Hec tria mandat Apostolis
Dominus Marci ultimo dum ait; Euntes in mundum uniuersum, ecce 1^m. Predicate eu-
gelium En 2^m. Signa autem hęc sequentur quod est 3^m. Ad doctrinam autem grati-
as omnes gratis inditas pertinere, ita colligit S. Thomas; quę sunt docenda ex triplici
fonte, principioq; promanant. siquidem conclusiones sunt, vel de rebus arduis, cęles-
tibus, qternis; vel de naturalibus, sublunariis, contingentibus, temporalibus; vel de
reuelatis, acceptisq; diuinitus: ad primas requiritur sermo sapientię, quo promptè ef-
fari, expeditè eas explicare valeat, qui id donum accepit; ad secundas exigitur, sermo
scientię, qua virtute declarantur Sumana, et inferiora, seu rectę actiones, quę ad Deum
ferunt; ad tertias necessaria est fides, qua assentimus reuelatis, qua etiam mor-
tes transferuntur; hanc quidam interpretantur fiduciam in Deum constantem; sed
hec ex dono credendi manat, et cum eo coniuncta est; atq; ad id cum eo augetur, crescit,
roboratur. Aduerte nondici sapientiam, sed sermonem sapientię, vt significetur sig-
num externum manifestatiuum spiritus. Tria dona superiora pertinent ad conclusio-
nes, quas doctor ecclesiasticus ad utilitatem fidelium debet palam proponere; sed ad
eas confirmandas necessarium est testimonium diuinum. Hoc autem sumi debet exijs, quę
solus Deus vel cognoscit, vel facit. quę autem solus Deus cognoscit, sunt et futura contin-
gentia, easq; communicat per donum prophetię; et latentis cogitationes in hominum
corde, hasq; dignosci posse, discretionis spirituum, gratia facit. Hęc nempe quo quis
spiritu loquatur discernit, an falso, an verò, Charitate, an inuidentia, ex Dei, an ex mundi sen-
su. quę autem solus Deus facit, illa considerari possunt, in humanis corporibus sanandis, et
in his versatur gratia sanitarum, vel in rebus alijs, circa easq; excellit virtutum, seu miracu-
lorum, signorum, prodigiorumq; operatio. Demiq; ita doctrina proponenda est, vt rectè, faci-
leq; intelligi, ac percipi possit; quod prestare vt queat Doctor euangelicus, presto sit illi necesse
est donum, quo diuersa linguarum genera teneat, vt ad varię linguę homines cum fructu
loquatur; tum etiam quo obscure, aut breuiter dicta interpretetur, atq; enucleatiüs, lucidiüs
que exponat, et explicet, quę facultas, sermonum interpretatio nominatur. Igitur cum Apo-
toli vniuersi ordi primi fuerint Doctores, generaleq; verbi Dei præcones, et prædicatores, quis
dubitet, si omnibus donis, ac pluribus etiam eos fuisse ab spiritu sancto ductos, et ornatos?
Sanctus Thomas ita sentit cum ait, 1. Corint. 12. 28. Primus gradus inter ecclesieq minis-

97.



teria est Apostolorum, quibus specialiter competit Ecclesie regimen, quippe ijs dictum Luc. 22. 29. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum. unde et super duodecim funda-
menta ciuitatis Ierusalem descripta sunt duodecim nomina Apostolorum; propter quod et ipsi
inter ceteros fideles primatum in spiritualibus gratis obtinuerunt; secundum illud Rom. 8.
23. Nos autem primitias spiritus habentes. Glosa, tempore prius, et ceteris abundantius.

Dicuntur vero Apostoli primitias spiritus habere, quoniam et prius, et abundantius spiritum
sanctum habuerunt; sicut in fructibus terre illud, quod prius ad maturitatem peruenit, et
pinguius est, et magis acceptum. idem patet ex Marci 16. 20. illi autem perfecti predicauerunt
ubi Dominus cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Heb. 2. 4. Contes-
tante Deo signis, et prodigijs, et varijs virtutibus, et spiritus sancti distributionibus secundum sua
voluntatem. Distribuit dona spiritus sanctus prout vult, non omnia omnibus communiter
conferens, sed hoc non obstat, quin aliquibus, ut Apostolis, omnia praeferent. Est autem inter
haec dona discrimen istud, nam signa sunt praeter, vel supra naturam, ut sanatio claudi:
Portenta, contra naturam, ut suscitatio mortui, partus virginis, virtutes, secundum natu-
ram, quoad substantiam, sed non quoad modum, ut ablatio febris; Distributiones sunt spi-
ritus sancti gratiae.

98.

Quaeritur forte ab aliquo, num ex certis sacrae scripturae locis colligi possit vniuersas gratias
gratis datas omnibus, et singulis Apostolis fuisse communicatas; cui respondemus
non nullas ita apertissime constare illis datas fuisse, ut Secreticus sit qui negarit, alias ex
iis, quae haecenus diximus, non obscure probatum esse, modo pie, et ex sanctorum sensu
sacrae scripturae interpretemur, sed certe de illis tribus prioribus, quae pertinent ad ser-
monem constat Luc. 21. 15. Dabo vobis os, et sapientiam, cui non poterunt resistere, et con-
tradecere omnes aduersarij vestri. Unde S. Thomas probat magnam vim eloquentiae datae
Apostolis; de gratia sanctorum, et miraculorum Luc. 9. 1. 2. 6. conuocatis Iesus duodecim
Apostolis dedit illis potestatem super omnia demonia, et ut languores curarent. Marci
ultimo. 13. in nomine meo demonia eijcient. et Ioan. 14. 12. Amen Amen dico vobis, qui
credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet. Quae promissio in
Apostolis completa est. idem probant promissiones factae bene orantibus, ibidem verum
13. et cap. 15. 16. et 16. 23. Matt. 21. 21. 22. De prophetia, et discretionem spirituum, quae
illius quidam pars esse videtur. Matt. 23. 24. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, et sapien-
tes, et scribas. Luc. 11. 49. Propterea et sapientia Dei dicit, mitto ad illos Prophetas et Apo-
stolos. Sic locus de Apostolis intelligitur, ut Abulensis, et Maldonatus exponunt. Quos sa-
pientia Dei, id est, verbum Patris factus homo misit in mundum praedicare. Appellan-
tur vero Prophetes, quia futura, et maxime aeternae vitae praedicabant, sapientes, quia
diuinarum rerum peritissimi; Scribae, quia scripturae sacrae interpretationem imprimis ten-
rent, unde Luc. 24. 45. Aperiuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, et sancti, qui
orbis magistri designabantur, necesse erat ad completum donum consilij discretionem spi-
rituum maxime valerent. Sorinus Act. 13. 1. asserit eosdem dici Prophetas, et Doctores,
id est, interpretes sacras, dici vero Prophetas, quatenus ex reuelatione spiritus sancti sa-
cras scripturas explanarent, Doctores vero quod etiam proprio studio uterentur; quae
consonant cum iis, quae ex S. Thoma supra exposuimus. eosdem tamen esse Pastores, seu
episcopos, constat ex eodem Sorino cum Graecis Patribus; et Turianus consentit, sub nomine



Luc. 22
2. 5
Rom. 8
Glosa
Cur primat
Apostolis
Mem.
Heb. 2
Signa
Cor. 12
Portenta
Virtutes
Distribut
Gagnen
pugna
Claudi
Luc. 22
S. Thom.
Luc. 9. 12
Marci
Marci 16
Ioan. 14
Promissio
Ioan. 14
15. 16. et
Matt. 23
Luc. 11
Abulensis
Maldonatus
Sapientia
Prophet
Sapient
Scriba
Luc. 24
S. Thoma
Pastores
Turianus
Doctores

Doctorum episcopos contineri. Hieronymus Colos. 2. s. in illud; et sic corpore abrens sum; sed spiritu vobis cum sum gaudens, et videns ordinem vestrum. Scabebant, inquit, Apostoli. Sane gratiam, ut alibi positi, quid alibi ageretur, agnoscerent; sicut spiritus Helisei cum Giezi fuit in via, atque idem Ambrosius, et Thomas asserunt, et refert Ioan. Ferrnandes in thesauro.

De dono linguarum Act. 2. 4. 8. u. Ceperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabit eloqui illis v. 8. nonne omnes isti, qui loquuntur Galilaei sunt, et quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus? v. 11. audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei, unde constat Apostolo fuisse omnium gentium linguis locutus, et quod promiserat Christus Marci 16. Linguis loquentur novis. Quod vero quidam volunt eos loquentes una lingua intellectos fuisse ab omnibus, qui aderant, quasi eorum propria lingua audirent loquentes, parum textui consentaneum vici arduior, licet fieri potuisset non negem, refert S. Hiero. vide apud illum.

Illustris locus ad probandum id, quod diximus, i. Corint. 12. v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 28. quae licet paulo superius tetigerimus, et aliqua ex parte exposuerimus, libet tamen iterum ad libitum reuocare, ut illustrior fiat. Divisiones vero gratiarum sunt idem autem spiritus, et divisiones ministracionum (id est ministrorum) sunt. (Gagnarius Inter quas est Apostolatus, in iunctio baptisandi, et eleemosynas colligendi, et cetera officia ecclesiastica) idem autem Dominus, et divisiones operationum (id est, bonarum actionum, Gagnarius) sunt, idem autem Deus. (Sic unus spiritus varias in se operationes facit) unicuique autem datur manifestatio spiritus. (id est, collatio doni alicuius spiritualis, sed quod est argumentum spiritus inuisibilis accepti, Gagnarius) ad utilitatem Claudius. Se gratiae non solum dantur, ut manifestent spiritum sanctum acceptum, sed ut conferant Christianismo. Hoc loco reprobandur, qui psalmis, prophetijs, et similibus utuntur ad quaedam vana. Mariana, ut euangelium promo utatur spiritus (inquit) prorumpit, et se manifestat per operationes, quae in uno quoque ministrorum facit. Alijs quidem per spiritum datur sermo sapientiae, id est, virtus promptae explicandi, expedite effandi de rebus diuinis, ut vult Augustinus, arduis, ut Graeci, eternis. ut Sanctus Thomas, arcanis, et reconditis de deo; non dicit sapientiam, sed sermonem sapientiae, ut signum externum manifestatiuum spiritus ostendat. Sapientia vero, id est, rerum diuinarum scientia, et prioribus, et posterioribus praestantiores fuerunt, ut asserit Pererius loco antea citato. Alij sermo scientiae ad summas, vel naturales, vel inferiores, vel quae per bonas actiones ad Deum tendimus. Gagnarius, secundum eundem spiritum, alij fides. S. Thomas, quae credita reuelatis. Gagnarius, quae transferuntur montes, quae est sicut granum synapis Sabeni vim eximiam, estque constans in Deum fiducia. Hoc tamen ex Maldonato, et Toloto est cum dono credendi coniuncta in eodem spiritu; alij gratia sanitatum in uno spiritu, id est, morbos sanandi, et curandi; alij operatio virtutum, id est, signorum, et miraculorum. Chrysostomus, vis, quae solo verbo animaduertitur in peccatores; alij prophetia, id est, praesens, et praecognitio futurorum, ut scilicet enunciet futura, et occulta, vel pro scripturarum cognitione infusa; nam scripturas interpretari, et prospicere est, Mariana, et Gagnarius. alij discretio spirituum, quae dignosci poterat, quo quis spiritu loqueretur, an inuidenti, an caritati, an Dei, an mundi; et ad discernendum quis propheta verus, quis falsus; alij genera linguarum, id est, variarum linguarum cognitio, et interpretatio. Claudius, simplex donum loquendi varijs linguis minoris esse cesti.

99



mationis quam donum interpretandi linguas; Sæc verò donasse distincta, ut patet cap. 14.
 sequenti, alij interpretatio sermonum, id est, facultas peregrinas linguas interpretandi
 infra v. 28. additur virtutes, id est, operationes virtutum, opitulationes curam suscipien-
 tes infirmorum, non verò sanandi Gagnus, similiter gubernationes. Sæc autem omnia
 operatur vnus atq; idem spiritus prout vult ipse, non homo; pro suo enim beneplacito
 utitur homine, ut instrumento spiritus sanctus, in qua Deus ostendit omnia Sæc con-
 firmantur auctoritate Patrum, præsertim autem S. Thomas. 1. Corint. 12. citat, vide su-
 pra. Idem Rom. 8. 23. Apostolus, inquit, sunt alijs sanctis, quacumq; prerogatiua præ-
 ferantur siue virginitatis, siue doctrinæ, siue Martyrij preferendi, tanquam abun-
 dantijs spiritum sanctum habentes, et infra, illa opera, que fecerunt ex maio-
 ri charitate fecerunt, ex quo supponitur maius gloriæ premium eos obtinuisse, ne-
 que vllum sanctorum eis patuisse adæquari; quia cum gratia datur sanctis secun-
 dum mensuram donationis Christi, et unicuiq; (Ep. 4. 7.) Christus det proportio-
 natam muneri, ad quod eligitur, inter ceteros autem, inquit, ad maiorem dignitatē
 sunt electi Apostoli, ut scilicet immediatē ab ipso Christo accipientes alijs traderent
 ea, que pertinent ad salutem; et sic in eis ecclesia quodam modo fundaretur secun-
 dum illud Apoc. 21. 14. Murus habebat fundamenta duodecim, et nomina Aposto-
 lorum erant in eis scripta; et dicitur 1. Corint. 12. 28. Deus posuit in ecclesia primū
 quidem Apostolos, omnino eis abundantiorē gratiam præ ceteris tribuit; Hactē-
 nus S. Thomas. Dionysius Carthusianus in 2. Pet. 1. Gloriosi, inquit, Apostoli ma-
 gis illuminati fuerunt de Christo, quam Prophetæ veteris testamenti, et maiori
 gratia erant repleti; Christi quoque mysteria clariùs conspexerunt, multipliciùs
 que nouerunt, quam vates Mosaicæ legis; propter quod præferuntur Prophetis in
 sapientia, virtute, fructuositate, sanctitate, miraculis, gratia, et gloria.
 Benedictus Perceirus D. r. n. g. ad Rom. singularem gratiam Apostolorum fuisse ait, quod
 habuerint potestatem dandi hominibus spiritum sanctum visibili aliqua specie, et
 signo per impositionem suarum manuum; sicut traditur in Actis Apostolorum de Pe-
 tro, et Ioanne; qui cum venissent samariam orauerunt pro ijs, qui baptisati fuerat,
 ut acciperent spiritum sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat: tunc
 imponebant manus super illos, et accipiebant spiritum sanctum. Item quod in ijs, que
 tradebant ecclesie vel credenda, vel agenda, et circa sacramenta obseruanda erant
 infallibiles, id est, nec ipsi falli poterant, nec fallere alios. Quo videtur spectare illud
 Domini apud Ioannem cum promisit Apostolis spiritum sanctum: ille vos docebit om-
 nia, et suggeret vobis omnia; et item docebit vos omnem veritatem.

Prærogatiua undecima

Imperium mundi Christi Iesu domini iugo submiserunt.

100.

Intonat diuinus Psalter Apostolicas laudes, et tamquam victo, et subiugato mundo insultans
 in omnem terram (inquit, Ps. 18) exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Tim-
 piana nimirum Apostolici exercitus, vbique sunt exaudita, vndiq; collectos milites ad crucis ve-
 xillum euocantia, præconia, et edicta ducum, seu imperatorum Suius nouæ militiæ ad extre-
 mos orbis terrarum angulos penetrarunt. Quod factum fuisse per Apostolos asserit Mari-
 nus illi autem profecti præcauerunt vbique domino cooperante, et sermonem confirmante



sequentibus signis. Prædicat etiam Paulus Rom. 10. 18. dum illa verba Ps. 18. De Apostolis profert
 quo loco S. Thomas secundum sententiam Chrysostomi dicit. tempore Apostolorum Davidicū
 oraculum fuisse impletum; ut enim iusserat Dominus Mica. ult. Quintus in mundum unuer-
sum, per se, vel per discipulos suos, prædicarunt omni creature. licet enim, non in omnibus lo-
 cis fuerit edificata ecclesia, nec ab omnibus nationibus admissa fides; tamen nulla fuit
 gens tam remota, quo non fama Apostolicæ prædicationis pervaserit. quod confirmat etiam
 Doctor Angelicus ex illo Job 28. 22. Perditio, et mors dixerunt auribus nostris audivimus famā
eius. id est, sapientiam per Apostolos prædicatam. Confirmat hæc etiam Ps. 76. 19. Illuxerunt
coruscationes tuæ orbem terræ. Augustinus, Apparuerunt fulgurata orbem terrarum. et addit:
nubes illæ (scilicet Apostoli) in rota circumierunt orbem terrarum, circumierunt tonando,
et coruscando, abyssum commoverunt, præceptis tonuerunt, miraculis coruscaverunt; in om-
nem enim terram exiit sonus eorum etc. Paulo superius dixerat, in omnibus gentibus vo-
 cem dederunt nubes, prædicando Christum; et totam illam psalmi partem de Apostolorum
 prædicatione explanat S. Doctor; quem sequuntur alij, ut Sodulpus Carthus. et Belarminus.
 Doctrinæ celestis vis ex ore promanans Apostolorum tamquam copiosus è nubibus im-
 ber cum sonore valido cadens populos inundabat, Sominum capita obruebat, nec exinguebat
 tamen, sed per sacrum baptismum lotos, pristinisq; culparum sordibus emaculatos ad me-
 liorem, id est, spiritualem vitam traducebat. Voces Evangelistarum tamquam tonitrua è
 nubibus erumpabant, ita veluti faces accensa, seu tela ardentia fulmina verborum igne
 spiritus sancti inflammata transibant aures, et in cordis intima penetrabant. Vox tonitru-
tui. id est, fragor ingens erumpens, quod tui spiritus è Deo sonore valido vim monstrabat, in
 toto orbe terrarum auditus est; ipsaq; fulgura subitanea luce transcurentia totam terræ
 spæram illuminarunt. Hæc videntur corroborari ex literis, quas Patres Societatis ex vtri-
 mis mundi partibus, et orbis terrarum finibus in Hispaniam mittunt, quibus testantur
 multa à se indicia prædicationis Apostolicæ, et religionis Christianæ vestigia in illis re-
 gionibus esse inuenta; præsertim apud Sinas, Carthaium, et alia regna circumvicina; quin
 etiam apud Japonios, similia reperita sunt; quæ, qui volet originalibus in codicibus legat. vide
 Liba de temperantia in vita S. Thomæ Apostoli, et miraberis Sunc sanctum Apostolum transgressum
 in novum orbem barbaris illis gentibus evangelium prædicasse. idem testati sunt suis lite-
 ris Patres Societatis in Brasiliensi, et Paraguayensi provincia versati apud Indos illarum regionum
 Moysi quondam agresti, et Balbo Somini, ut pote ruri inter oves vitam agenti, et Dei præ-
 sentia stupefacto, dedit quidem Deus virgam in manu, quibus armis Egyptum debellaret;
 Pharaonemq; eius imperatorem in officio contineret, ac rebellantem opprimeret; sapientes
 argueret, cogeretq; sibi, imo verò Deo colla submittere. quænam, inquis, tanta ista viuis
lignæ virgæ vis? aut quomodo tanta portenta operata est? ut nimirum in terram è ma-
 nu projecta Somini Dei subito serpentis formam induere potuerit; atq; etiam magicis
 artibus, et inaudita quadam peritia ab Egypti sapientibus effictos serpentes dicatur nullo
 negotio devorasse. quo stupendo portenta illud est indicium sapientiam Magorum, et po-
 tentiam regis tante minorem esse diuina, quæ in Moysi, eiusq; armis sublatebat; quantum
 illa præsens adumbrarat victoria. Hæc sanè Apostolorum victricia prælia, tanto ante tempo-
 re prophetice involuens condita, ac sanctissimis oraculis præsignata. quidnam Moyses
 in Egyptum delatus, nisi Apostolicum eum præmonstravit ex piscatorum gente rustica,

11. 18.
 Thomas
 12. 28. 22.
 Thomas
 Ps. 76. 19.
 Augustinus
 21.
 22.
 23.
 24.
 25.
 26.
 27.
 28.
 29.
 30.
 31.
 32.
 33.
 34.
 35.
 36.
 37.
 38.
 39.
 40.
 41.
 42.
 43.
 44.
 45.
 46.
 47.
 48.
 49.
 50.



atq; in eradita collectum: sed qui ex peccatorum caligine, ac tenebris tanquam ex Egyptiorum ex
 gastero Dei populum, id est, veros Israelitas eriperet, atq; in lucam libertatis ereptus vindicaret.
 Ad hoc verò conficiendum, mundi Principes, tenebrarum rectores, spirituales nequicias bello
 peteret, Diabolicas tecnas, dolos, fraudes everteret, et uno verbo sese extollentem sapientiã,
 atq; inanem, ventosamq; potentiam, aut opprimeret, aut deuoraret. At quibus copijs, quo
 armorum apparatu tantum, ac tam arduum negocium suscipiendum? tam atrox, tam pe
 niculosum bellum aggrediendum? ego (Luc. 21. 15. inquit imperator) Dabo vobis os, et sa
 pientiam. (id est, os sapiens, et linguam exuditam) cui non poterunt resistere, et contra
 dicere omnes aduersarij vestri. Hæc aræ sapientia, quæ alia fuit nisi illa, quam profite
 tur diuinus Paulus, cum ait. 1. Corinths. 2. 2. Non enim iudicauit me scire aliquid nisi Iesum
 Christum, et Sine crucifixum. Ergo ne hæc virga Moysis? Hæc est, hæc virga Apostolica,
 quam misit dominus ex Sion. Ps. 109. 2. per eam uniuersum domiturus orbem, Dominatusq;
 in medio inimicorum suorum. Crux Christi, videlicet, quæ tunc formam visa est induisse
 serpentis, cum Dei sapientiam in similitudinem carnis peccati, sibi inderentem, clauisq;
 confixam ostentauit. O cunctis regum sceptris virga sublimior? O in clyte, omniq; sapien
 tum calliditate, potentior serpens? Ne tu Chaldeorum, Egyptiorum, Græcorum sapientiam
 stoliditatis, atq; stultitiæ coarguisti; garrientium per labolorum simulacra demonum ora
 cula silentio, tenebris, et carcere cæco damnasti, interq; arma potentes, iuxtaq; oratorum
 clamores, arma silere coegisti. Apposita igitur, atq; sapienter dicta os 1. Corinths. 1. 18. Pe
 reuntibus stultitiæ, id est, Sumi reptans, pedibusq; subiectus serpens; ijs autem, qui salui
 fiunt, quales Apostoli, Dei virtus ut olim virga Moysis? Quid Petrus Neroni? Quid Andreas
 Reges? Quid Paulus Atheniensibus? Quid Iacobus maior Hispanis? Quid minor Iudæis Hier
 osolymitanis? Quid Iohannes Asiatis? Quid Mattheus, Thomas, et reliqui Apostoli natio
 nibus alijs visi sunt? serpentes proculdubio contempti, et viles, quos sibi calce terendos
 confringendosq; ut noxios existimarint. Verumtamen Sorum sybilla serpentium, non
 modo sapientiam sapientium Suius sæculi, venenatamq; potentissimorum mundi prin
 cipum astutiam obmutescere compulerunt; sed facile etiam, nullog; negotio deuora
 re ipsi potuerunt. Vas illud linteum, quod Petro de celo fuit ostensum, ~~in~~ innume
 ris refertur immundis, ac sordidis animantium terrestrium figuris. Nempe Oris Chris
 ti virga Apostolica fuit lingua, quæ terram, id est, terrena sapientes percussit. eiusdem
 labiorum spiritus, quo impium, id est, veterem Sominem intus in corde latitantem, imo
 foras mira charitatis arte productum, sermonis efficacitate, quasi gladio ancipiti pere
 merunt Apostoli, sed quid debuerunt Apostoli facere, viri robusti, ac fortes, quando imbelles
 famelle, virguncule teneræ, tot tamque insignia sapientiæ, atq; fortitudinis exhibuisse docu
 menta comprobantur. quid non deuoraret Petrus Neronianam squitiam, cum una Catu
 rina, et Maximini exercitus ducem, et imperatricem eius coniugem uno morsu, altero quinqu
 ginta philosophos transglutierit. portentosus serpens, qui uno oris diatu tot actam insignes =
 Egypti serpentes obligauerit. indicat itaq; Sic magnificus typus, ut Mosem de Egypto, sic
 Apostolos de mundo eximiam victoriam retulisse. Huc pertinet illud Ps. 67. 12. Dominus
 dabit verbum euangelisanti bus virtute multa. Quod de Apostolis explicans Chrysostomus
 in demonstratione quod Christus sit Deus tom. 5. Mira, inquit, virtus erat, Piscatorem, Publi
 canum, Pellionem nudis præceptis mortuos suscitare, Demones expellere, mortem abigere,

Egyptus
 sum populus
 fidelis regis
 Magi
 Sicut
 Luc. 21. 15.
 Sapiencia
 1. Corinths. 2. 2.
 Virga Apostolica
 Ps. 109. 2.
 Crux Christi
 Rom. 8. 3.
 Crucis
 1. Corinths. 1. 18.
 Dei virtus
 imperium
 mundi
 Apostoli
 viles
 reptantes
 in
 serpentes
 sapientiam
 mundanorum
 Actos. 17.
 Ps. 11. 4.
 Lingua
 impietatis
 Homo
 videri
 iun.
 Heb. 11.
 Diuina
 virtus
 cuncta
 vincit
 Cat. 5.
 Ps. 67. 12.
 Chrysostomus
 Philo



phibitoisidorum linguam mutam facere, rhetorum ora constringere. Paulum, qui pelles tractabat ad artem sce nofactoriam, quod Principes, et reges venari; Barbaris, Grecis, et omni hominum generi imperare. Hec omnia verbo illi simplici perfecerunt, sed multa Sabente virtutem, et miraculorum ostensionem; et crucifixum predicantes, totum orbem sibi subiecerunt. Hec tunc Chrysostomus. Patet igitur ab Apostolis uniuersum terrarum orbem subiugatum, sed vidi uina, que in ipsorum uerbis, et predicatione elucebat; et crucis potentia, in qua Christi cruci pro mundo confixi uirtus pugnabat.

102.

Verum ne cui uideri fortasse queat minus Soc perspicuum, aut certum firmissimum argumentum ad nectendum existimaui, cui refragari nemo, qui prudens sit, opinor, audeat. Scimus duodecim Christi Apostolos inter se regiones, prouincias, regna uniuersi orbis partiti. Quod licet egregius ecclesiasticæ Historiæ indagator Baronius Cardinalis factum putarit à Christo in eglum assumpto anno 10. id est, anno à Christi natali, 44. et Claudij Imperatoris 2. tamen certius est statim post aduentum Spiritus Sancti contigiisse. sic sentit D. Leo statim referendus. Flauij Lucij Dextri Hispani authoris grauiissimi testimonio creditur conuenisse Apostolos ultima die Iunij, et inter se distribuisse prouincias, sed de Soc in Chronographia D. Pauli fusiùs dicitur. Partiti ergo sunt inter se prouincias, ut nulla orbis pars Christi cognitionis experta esset. Hoc autem eorum decretum, seu factum, quid aliud erat nisi aduersus mundi potestates, et tenebrarum principes armacaperi, idolorum superstitionibus, demonum oraculis, simulacrorum false religioni bellum indicere? Tyrannorum, et Imperatorum, qui illis parebant, et terrenis opibus, honoribus, delicijs inhiabant, contra se prouocare sequitiam, armorum vim, et aciem crudelitatis acueri, et excitare? Verum enim uerò Duce Deo, et crucis vexillo semper inuicto, semper erecto ita fortiter, ita feliciter suas quisq; partes egit; ut omnia prout sorte partitionis obtigerat, perlustrantes orbis loca, maximam ubiq; uim ad Christi obedientiam uocatorum traxerint; et tam acriter aduersus demonum reluctantem uersutiam, Imperatorumq; pro impia religione sequentium furorem depugnarunt, ut ipsis inuitis, ac repugnantibus, crucis in signe ubiq; locatum, erectum, et in summa Sabitum existimatione, atq; honore conseruarius. quid ergo? An non ille dux urbem, castrumue cepisse, atq; subiecisse credendus est, in quo vexillum erigit, colloeat, conseruat, militum custodia munit, qui pro se arcem teneat? Soc negat nemo, capta nempe ciuitas est, in qua vexilla capientis, et militum custodia intramissa est; licet uel maior pars ciuium rebellis aduec frænum mordeat, resistat imperio. Hinc igitur constat aperte bello Apostolico mundum expugnatum, victum, et Christi subiugum compulsum; quantumuis plurimi rebelles sumini fidem minimè recepissent. enim uerò quis dubitat de regni eueruione, cum regia capta iam seruit? quis negat regalem urbem ab ad oriente Duce teneri, cum iam cernit in primaria arce subleuata illius signa fulgere? quis non iudicat, et pro certo habet urbem debellatam, cum arce prout urbis occupatum armis, atq; subiugatum conspicit? At quam dicemus nisi urbem Romanam regnorum regiam, arcem Imperij, caput uniuersi orbis terrarum? siquidem eius imperium adeo longe, lateq; patebat, ut ijsdem quibus terra, regionibus, quibus orbis terminis, neq; strictioribus, clauderetur. In hac igitur suprema mundi arce, Christi sunt fixa tentoria, crucis signum erectum, Apostolica sedes collocata. tunc itaq; orbis, et orbis dominium Christo cessit, cum Apostolorum princeps Petrus Romæ intulit signa fidei, Christianæq; militiæ Labarum erectum in media urbe defixit, atq; locauit.

Libet Sae Leonem Magnum Petri dignissimum successorem, ut dictis meis supplicias ferat,
 accedere, cuius Sae diuina sunt verba. cum duodecim Apostoli accepta per spiritum sanc-
 tum omnium locutione linguarum, imbuendum euangelio mundum distributis sibi terra-
 rum partibus suscepissent. Beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis ad arcem Roma-
 ni destinatur imperij, ut lex veritatis, quae in omnium gentium reuelabatur salutem, effi-
 cacijs se ab ipso capite per totum mundum effunderet. cuius autem nationis Somines in
 Sae tunc vrbe non essent, aut quae gentes usquam ignorarent, quod Roma didicisset. =
 Sic conculcandae philosophorum opiniones, Sic dissoluendae erant terrenae sapientiae va-
 nitates, Sic confutandi demonum cultus. Sic omnium sacrilegiorum impietas destruenda.
 vbi diligentissima superstitione Sabebatur collectum quidquid usquam fuerat vanis
 erroribus institutum. Ad Sane ergo urbem tu beatissime Apostole venire non venis, et
 consorte glorie tuae Paulo Apostolo aliarum adhuc ecclesiarum ordinationibus occupato-
 syluam istam frementium bestiarum, et turbulentissimae profunditatis oceanum cons-
 tantior, quam cum supra mare gradereris, ingrederis iam populos, qui ex Circumcisio-
 ne crediderant, erudieras, iam Antiochenam ecclesiam, vbi primum Christiani nominis
 dignitas est orta, fundaueras, iam Pontum, Capadociam, Galaciam, Asiam, atque Bithe-
 niam Legibus euangelicae praedicationis impleueras, nec ut dubius de prolectu operis,
 aut de spacio tuae ignarus etatis, trophaeum crucis Christi Romanis arcibus infereres, quo
 te diuinis praedestinationibus antebant, et honor potestatis, et gloria passionis.] Hec Mag-
 nus Leo. quibus non solum a nobis superius dicta confirmantur, sed explicantur etiam,
 et augentur. ita quae tunc cadere cepit mystica Babilon Apoc. 18. 2. cum Petri praedica-
 tione crux Christi a Romanis ciuibus adorari, atque in patriciorum Senatorumque frontibus
 insigi cepit. At tunc demum funditus euersa, cum Magnus Constantinus Romam relin-
 quens, et Nicatori, atque eius successoribus tradens, imperij sedem Bisantium (quae deinceps
 ab eo Constantiopolis nominata est) prudenti decreto, aut certe diuino consilio transtu-
 lit; haud dubium quin id procurante Petro, apud Deumque agente, sicut de illius conuersio-
 ne, et Baptismo praedictum est, siquidem is Angelus, qui visus est Ioanni Babilonis casum
 praedicens, Apoc. 18. 2. Petrus est, ut dilucide ostendit noster Ludouicus Alcazar. Descen-
 dit quippe de caelo princeps Apostolorum Sabens potestatem magnam, ut pote Christi
 Vicarius, et terra illuminata est a gloria, et claritate eius. quae ex eius confessione fi-
 dei gloriosa nata est. exclamauit autem in fortitudine, cum eius prophetica praedica-
 tio effectum sortita est, et transfereute constantino sui imperij sedem ex vrbe Roma, vere
 cecidit, cecidit omnino Babilon magna, id est, Roma ethnica, omnisque eius superstitio,
 idolorumque cultus abominandus, et quasi fumus dissipatus est, et tandem prorsus euauit.
 Verba Ioannis sunt; vidi alium Angelum, id est, nuncium, descendentem de caelo, nimi-
 rum ex caelo obtinuit dignitatem, Sabentem potestatem magnam, (Sae est, summum
 Pontificatum, et Christi vices, seu caeli clauis, et ecclesiae primatum) et terra illumi-
 nata est a gloria eius. id est, qua fulgebat claritate propter liculentam confessionem
 fidei, qua, inquit, Epo dico, quia tu es Christus filius dei viui. cui respondit Christus. Beatus
 es simon et ad vocem ergo Petri fidei Sane praedicanis cecidit idololatria, et conuer-
 sa est Roma. Sae est, quod sequitur, et exclamauit in fortitudine (diuinitus accepta
 cum nomine Petri) dicens: cecidit ~~vrbs~~ cecidit Babilon magna, et facta, id est, ostensa
 est, fuisse custodia demoniorum eto

Leo Mag.
 Apoc. 18.
 Babilon
 Constantinus
 Apoc. 18.
 Apoc. 18.
 Petrus fuit
 cecidit.
 Loc. Apoc.
 explanat.
 Enim



Enim vero, qui his temporibus vrbis Romę solum, situm, et structa mania, domiciliaq[ue] contemplatur, et ex historijs recollit, qualis, et quanta fuerit illa antiqua quondam Roma, dubitare non potest, quin sit omnino excissa, et suis veluti cineribus operta, atq[ue] obruta, ut vix extrema eius vestigia credat extare. Vbi olim Campus Martius, ibi frequens Sodie ciuitas apparet, Vaticani regio tunc hortis consita amenissimis, nunc edificatiombus, et structuris magnificis opulenta est, et sancti Petri Basilica prestantissima insigniter nobilitata. Auentinus, Palatinus, Caelius, alijsq[ue] montes olim pleni ciuibus, sacrem pestate vel arboribus consiti, vel in vineas radacti, vel certe deserti, ac pleni arboribus patent. Itaq[ue] vere noua, ac sancta veteri, atq[ue] superstitiose Romę Roma successit: in qua commutatione, et sanctorum Apostolorum, et Dei maxime in illis operantem vim, atq[ue] potentiam ad debellandum, et subiugandum orbem licet intueri, admirari, atq[ue] venerari. Hęc vero diuina potentie operatio mirifice descripta est à Ioanne in sua Apocalypsi, et per illum Angelum fortem significata; de quo hęc Apoc. 18. 21. et subtulit vnus Angelus fortis lapidem quasi malarum magnum, et misit illum in mare dicens; Sic impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, et ultra iam non inuenietur. quasi enim in profundum æternę obliuionis pelagus missa, ne vestigium quidem eius magnitudinis, opulentie, nobilitatis reliquum est, imo, quod non parum auget admirationem, ipsa etiam nomina veterum Romanorum, ne dum alia, quę maiora putantur, omnia deleta penitus, atq[ue] extincta sunt. verum si flagrat desiderium Suiusce commutationis penitus peruidendi, et cognoscendę, et vacat per ocri, euoluę, obsecro, et serio perlege commentarius in Apocalypsim Patris Iudovici Alacari, præsertim ex effusione septime phialę. Considera Theodoretum Episcopum Cyren. lib. 9. de Gręcancis affectionibus curandis, (vel Baronium anno Christi 44. qui partem eius libri rescripsit) quę monstra ferarum in orbis vastissima sylua perdomuerint, è Galilęa piscatores: quib[us]q[ue] gentibus Piscator, et Publicanus, ac Sutor territoriorum, Sic est, Petrus, Mattheus, Paulus, et ceteri Apostoli seges dederunt, et subiugum Christi miserant. Miraculum singulare; quod neq[ue] imperatores armoru[m] vi, neq[ue] legesatores vllis rationum momentis extorquere potuerunt; vt leges suas alieni populi susciperent, vel vicini saltem admitterent; id absq[ue] vlla humana vi, sed spiritus ductu, et efficacia impetrarunt piscatores. quos autem mores, quas consuetudines inueteratas, et pene in naturam versas immutarunt, ac sustulerunt, vt euangelicam legem statuerent. Hoc est miraculum grande. quod legas suades apud citatos doctores. Chrysost. in 1. Apologia. Sic de sancto Ioanne Apostolo. (quę refert Baronium loco citato) In medio inimicorum claruit, illarum fugata caligine, arcem euerit, quam munitissimam. Asiam nempe locum demonibus obnoxium, et admodum formidabilem; quod di omnes philosophorum sectę riquerunt.

S. 14. De eadem Prærogatiua

Sed quo loculentior sit Suius prærogatiue explicatio, non grauabor alio sumpto principio, qua vi, et quibus armis diuini Apostoli mundum subiecerint Christo ob oculos legentium paulo expressius, enucleatiusq[ue] proponere. Meministi forte, qui historias Romę veteris euoluisti, eiusq[ue] primordia vrbis, præsertim apud Lium notasti, de ipsius vrbis summa, et imperio, tria fixitum paria decertasse, victoriamq[ue] tandem pro Roma (cuius ciuis

erat Horatius unus ex tribus, qui reliquus fuit expugna) feliciter extitisse. singularia
 certamina passim legimus, sed nullum, opinor, feliciter ex quo Goliatho Geteo prostrato,
 David Israelitico populo imperium vindicavit. Philistinorum in fugam versis copijs: Fuit
 tamen non minus felix, ipsi eidem Davidi, quod diutius sustinuit adversus saulem regem,
 quem satana impollente, sibi nimis adversantem patiendo, et leniendo, tandem ali
 quando superatum fuisse scitatus est. verum hęc Davidis insignia certamina ali
 quid maius portendisse dubitare non possumus. quid autem istud sit? cuius in pręsagi
 um processerint? Hoc iam si scire aures, attentę, queso, audi: Tria quidem paria pro
 Sominum eternę salutę a mundi statim initio decertarunt, Pater, Filius, et Spiri
 tus sanctus adversus carnem, diabolum, atq; mundum. Pater sua omnipotentia
 carnem omnem extirpavit misso diluvio, quo universa viventia perierunt: Filius
 vero sapientia sua fortem armatum, hoc est, diabolum de sua statione, prin
 cipatq; armis spoliatum deiecit, ac deturbavit, formę nimirum peccatoris as
 sumpta. Spiritus deniq; sanctus sua bonitate infinita mundum adhuc rebellem
 per Apostolos, virusq; Apostolicę igne consumptum divini amoris, suorum militum
 pedibus devictum substravit. sed omitto hęc duo, inquam, paria de Sominum posses
 sione, et imperio in terra gravissimę decertarunt, Christus Iesus nimirum adven
 sus demonem arma capiens in arenam descendit, ipsumq; tandem de suo statu
 cadentem, debilitatum, sumiq; iacentem suis ipsius armis, hoc est, ligno vicit,
 et orco dedit; ut qui in ligno vicerat, in ligno quoq; vinceretur. Hanc victoriam
 expressit David cum immanem Gigantem baculo deterruit, sequum hostem lapide
 fronti impresso sumi prostravit, superq; iacentem manstri umbram sudens suo
 ipsius gladio truncavit. Hęc victoria, ut tota Davidi, sic tota Christo domino cessit,
 qui solus crucis torcular calcavit. ut dixit Isaias 63. 3. Non minus admirabiliter
 spiritus sanctus cum accerrimo hoste, nempe cum mundo congressus est. quę con
 gressio in eodem Davide iterum expressa est; cum scilicet non iam adversus Phi
 listeam, deformem, quasi crebri, portentum; sed contra regem suis beneficijs devinc
 tum, seu officijs preclaris obligatum, demonis tamen impulsu redditum adversa
 rium, et infestissimum factum persequitorem, prius psalterio, Cithara, Lyra, Che
 li, vocumq; canora modulatione; deinde parcendo, benęq; consulendo, ac deniq; mo
 destę ferendo, patienter tolerando, benignę, ac longanimiter expectando devin
 candum putavit. Devicit sanę spiritus sanctus mundum non ferro, sed igne, non
 lapidis ictu, sed lingę efficacitate, non destruyendo Dei imaginem, sed patienter ex
 pectando, et mira bonitatis suę arte reparando.

106.

Verum discrimen in his duellis est, nec omnino silentium; nam Christus Dominus
 perse ipsum, et certamen aggressus, et victoriam nactus diaboli vires confregit; il
 lumq; ex tota antiqua ditione foras exterminatum proiecit; at Spiritus sanctus per
 Christi Apostolos, hoc est, per suos ministros, per organa inquam bene temperata, quę
 ipse animabat, perq; voces, et verba, quę ipse idem suggererat, et duellum ingressus, et
 duellantem, repugnantemq; acerbissimę, mundum debellavit. Cum igitur Christus Dei ma
 nus sit, manu certę, demonis vim, et astutiam profligavit, nimirum mansuetudinis, patien
 tię, similitatis, obedientię, et charitatis admirandę, relictis exemplis; tamen Spiritus sanctus

Davidis, et
 listę certę
 singulari
 Davidis con
 saulem mira
 pugnavit
 Trium parum
 ut myctus
 Pater apu
 coenę uen
 tum deum
 Filius su
 serui diabo
 superavit
 Spiritus san
 ctus pccator
 Cor
 solo mundu
 mi stravit, a
 debus calcavit
 subiecit
 Christi ligno
 devictum
 David Chri
 Victoria
 Christi
 Isai. 63. 3
 David amica
 singulari qu
 modo
 S. 52. bene
 cendo mundu
 per Apu et
 bellavit
 Discrimen
 modo vici
 Sec
 Christi de
 nus man
 exemplis
 viciant
 est
 tanquam



tanquam Dei lingua, verbo mundum arguit, atq; damnauit, de peccato, et de iustitia, et de iudicio, ut fuerat à Christo Domino Apostolis certo vaticinio præannuntiatum. lo. 16. 8. 9. 10. 11. (præsertim explicabo) quod cum per eosdem præstiterit Apostolos, per ipsos sine dubio lingue gladio igneo, id est, verbo Dei, seu spiritus gladio insignissimam victoriam mundo subiugata reportauit. Mich. 5. 6. et suscitabimus super eum, id est, contra Assyrium, Seseb, populum gentium, principem mundi, septem pastores, et octo principes Somnines, id est, multos prelatos, episcopos, ac doctores, viros, scilicet Apostolicos, siue innumeros ecclesie principes. Heb. נְסִיכֵי אָדָם נְסִיכֵי אָדָם ^{res cher} ^{rescher} Adam, Θεοδοσιον, et Chaldeus, principes Somnium, Syriaenus Christos Somnium, et pascent terram Assur, id est, gentium, in gladio, nimirum spiritus, quod est verbum Dei. Epse. 6. 17. De septenario significante multitudinem, et octonario super addente innumera bilitatem. vide Liberam super Sunc locum, & Christophori Castum bideram. Tam vero quia non solum armis vsi sunt Apostoli, quibus per erent, ferirent que aduersarium; sed quibus etiam ab eius se iectibus, et petitionibus tuerentur. Sæc quæ lia, et quanta, et quæ fuerint, videamus; neq; enim arma militiæ nostræ sunt carnalia, id est, imbecilla, ac visibilia, sed potentia Deo, id est, vim diuinitus sortita ad subuertendum imperium, et truculentam tyrannidem mundi superandam. Atque ista sunt arma illa, videlicet, ad quæ suscipienda Sortatur Apostolus Epse. 6. 13. Accipite (inquit) armaturam Dei, quæ, scilicet, spiritus sanctus suppeditat, qui Sinitus belli, dux, et imperator, fidos attestat athletas; armaturam Græcè πανοπλιαν πανοπλιαν, id est, vniuersa arma, ut undequaq; protecti, ac muniti sitis, nullaq; vestri parte aditus telo relinquatur hostili, et, ut possitis resistere aduersus impetum mundanorum hostium, atq; in ipsis tectè, et per insidias proliantium demonum nequissimorum, eorumq; assultus, versutias, machinationes, circumuentiones, insidiososq; congressus, et prudenter deuitare, et fortiter contraire, atq; potenter disturbare, et fugare; in die malo, id est, periculi, et alicq; pleno, die pugne, ac tentationis, die hostilis assultus, et sanguinariæ irruptionis; cum tyrannica rabies per cosmocratora ini quorum incitata, collectis viribus, effuso impetu, Christi propugnatores inuasent, et in omnibus, ac singulis congressibus, atq; hostilibus incursionibus perfecti, firmi, constantes, stabiles, recti, nihil deficientes, strenui, fortes, victoresq; stare, ac consistere; state ergo, ~~ne~~ succumbite, corpus ue inclinates; quod timidi, ac minus fortis animi argumentum est; ne inquam, ad transcurrendas mundi aquas, promi vos, ac sitibundi abijcite, ut illi facere milites, quos dimittere iussus est iudex Israëliticus Gedeon. ne nimium animosi semper, et in celum erecto corpore, et in hostes tremendo vultu state, perueuerate, persistete; succinti lumbos vestros in veritate. simplex doctrinæ, et vitæ veritas, intenta ad Deum mentis acies, columbinaq; sinceritas, ab irania socratica longe distans, animo vitæ addat, mentis robur firmet, cordi sit munimento, et nonq; intor, seu Galthæi in modum militaris succingat, et ornet lumbos, non tam carnis, quam mentis, et spiritus. Ita quidem ne vestis Christi, quam induistis, vel terræ sordes attingat, vel cano conspergatur voluptatis, ac deliciarum; mundicia nimirum cordis, et animi castitas non patietur vos expertes esse diuinæ veritatis, quæ totius iustitiæ, ac sanctitatis fundamentum est. Veritas itaq; sine vilo fæco malitiæ, ac immunditiæ

נְסִיכֵי אָדָם נְסִיכֵי אָדָם

107.



Epse. 6. 17.
Septenario
Tetrameter
Liberam
Castum
Corint. 5. 12. 4.
Epse. 6. 13.
Panopliam
Gedeon
Socratica
Veritas vitæ
Dicitur malis

vobis pro militari cingulo sit ad praelium euntiū. At simul induti esse debetis lorica Lorica iussu
et sancti
rum. iustitię, id est, sanctitatis actionibus, et virtutum meritis, preclarisq[ue] operibus, ita textum thoraca portate, ut bene connectum animum facile tueri, et illęsum conseruare valeatis; quom si cingit casta veritas, non ociosa, sed actiuosa, operumq[ue] fecunda virtus defendat oportet. Nec minus curę vobis sit, ut calceati pedes progrediamini in preparationem euangelię pacis, hoc est, affectus, ac desideria, ne errę prudenter astringite, et cōerceate, accommodantes quidem, ac firmiter apstantes diligentissime, ac progrejate calceari; quibus parati sitis, atq[ue] habiles satis Id est affe
cor cordi
tam sibi
Euangeli
nunciū. ad pacem euangelicam, seu confirmandam, seu predicandam. Euangelium enim pacis nunciū est, quod et in vobis retineri, et alijs communicari necesse est. Item Agilitę
tam
Mercurij
pre
pre ti verō in hunc modum pedes non corporei, sed cordis, quasi alis ornati, nunciabunt vobis pacem, bona cunctis nunciabunt, instarq[ue] melioris, quam Mercurij, similes pre tis nuinq[ue] voluntatis, non lente gradientur, sed velocissimę current; inventa agi litate super montes transilient, ut pennigera volatu trubila transiunt, et ventos pre tere iudicentur. Talis enim decet agilitas pre cones regni celorum, qui totius orbis ter rarum latitudinem peragrantes pacis eternę cum Deo resarciorę, atq[ue] instaurandę nunciū bonum perlaturi sunt.

108.

In omnibus autem occasionibus, ac negocijs siue aduersis, siue prosperis, sumentes, et implicantes, manuq[ue] tenentes fortiter aureum scutum fidei in qua possitis facile, ac nullo quidem negocio, requissimi, et iniquissimi, hoc est, diaboli tela igneā, id est, ignitas faces, accensos maleolos, ardentia iacula, tentationum, patitionumq[ue], quibus cum vos, tum omnes Dei seruos petit, et petulanter, et crudeliter impetit, extinguere, viq[ue] et veredi potentia fraudentes inania ostendere. tanta enim fidei Christianę energia, et efficacitas est, ut omnes diaboli comatus, et impetus sine difficultate retundat, reiciat que procul; et galeam salutis. Hoc est saluantiem galeam, (nam saluo capite vitę spes est) spem itaq[ue] Dei eterno conspectu perfruenđi tangquam æream, seu auream Cassidam, qua caput connectum seruetis, assumite, eius q[ue] conum Sorrentium hiatibus animalium succingite, Cristas etiam supra erigite, ut victores athletę assolent. quo hustes timidiore effecti retrocedant; et tandem, nequid desit ad praelium cum toto mundo in eundem, assumite etiam gladium spiritus, quod est verbum Dei. iste est nimirum anceps et ex utraq[ue] parte acutus, et splendens gladius; quo spiritus Sanctus suos armat, et ad bellum instruit, fortesq[ue] facit milites; ille inquam, qui de celo delatus à Deo sub linguę typo, quę instar gladij flammanantis erat, supra capita apparuit Apostolorum. quo insigni portento hoc potissimum progrejebat diuinus spiritus, illos nempe primas Duce Christi linguę ardentis gladio, id est, verbo Dei, diuini amoris calore prolata mun dum petituros, afflictu terre, et tandem capite truncatu ros.

109.

Nam quod suis Christus pollicitus est discipulis, hoan. 16. 8. uenturum spiritum sanctum, qui argueret mundum de peccato, et de iniquitia, et de iudicio. per Apostolos ipso completum esse diximus supra, et ita esse facile potest intelligi. si tamen attenda tur eum mundi fuisse statum ante euangelię predicationem, ut cum innumeris es set mundus irretitus peccatis, flagitiosissimisq[ue] crimibus, id tamen minimę fate retur, neq[ue] fere agnosceret; cumq[ue] longę admodum abesset à vera iniquitia, ut potē Dei fide



fide, et cognitione carens, tamen ex idolorum superstitiosa cultura sibi perfectionem et
 tribueret iustitię, cum deniq; se diiudicare minimè valeret, tenebris ignorantie oppre-
 tus, à veritatis tramite procul aberrans, tamen seruos, cultores q; imò Dei vere filios
 amantissimos, temerè in iudicium vocatos, acerbissimis cruciatis tormentis, cupite
 tandem iniustissimè damnatos, tanquam orbis pestem de mundo tollendos iudicaret.
 Igitur de hoc statu deturbandus, primum erat de peccato, quod vel non recognoscebat,
 vel potius dissimulabat, arguendus, et conuincendus; quod et ceteri Apostoli, et in pri-
 mis Paulus prestitit, ut constat ex epistola ad Romanos c. 1. et 2. nec satis fuit, ut
 mundus se peccati ream agnosceret; sed præterea de ea iustitia, quam sibi falso ante-
 gabat, per vera fidei argumenta derectus est; ut non dubitans, et religiois speciem
 ementitam abijcere, Deorum inania simulachra contemnere, demoniacam supers-
 titionem, auguria, Auaruspicia, sortilegia, necromantiam, et eiusmodi varias, va-
 nas, ac multiplices diuinationes è re publica exterminare, vniusq; Dei fidem susci-
 pere, et filij eius redemptoris nostri doctrinę, ac præceptis obtemperare; ut ita vera
 iustitiam assequeretur; quę gratia Dei, et charitate constat; in vera q; et solida fi-
 de Christi fundata est. Hinc etiam factum, ut animaduertens mundus diabolum,
 à quo deceptus tandiu fuerat, victum, deq; sui possessione depulsum, vni Christo do-
 mino tanquam vniuersali iudici omnis carnis, atq; omnis spiritus iudicium detule-
 rit, vere credens, et contestans illi à Patre omne iudicium datum Ioan. 5. 22. ut, et
 Ps. 71. 1. fuerat Regius Paltus vaticinatus, cum ait; Deus iudicium tuum Regi da. de
 Sac. re vide Toletum Cardinalem in Ioan. 16. 8. et sequentibus. ibidem q; Ioan. Maldo-
 quin etiam expositio S. Bernardi minimè repugnat hic dictis, si penitus intelligatur. eã
 refert Maldonatus. Hęc itaq; Apostolorum de mundo victoria, quã, cęlitus delatis ar-
 mis instructi, et spiritus sancti igneo gladio depugnantes, feliciter sanè consequuti sunt.

§. 14. Prærogatiua 12. Apostolorum.

Mundum iudicaturi cum Laureatis, ac triumphalibus insig-
 nibus Christi solum circumstantes, duodecim ipsi thronos obti-
 nebunt.

Apoc. 18. 20. excitantur Apostoli ad triumphum celebrandum euersa Babilone, quæ ap-
 pellatione, siue vrbs Roma, quę caput orbis erat, siue mundus ipse peccatorum confu-
 sione obrutus significetur; Sicut dubiè significatur victoria, quam de vniuersa ter-
 rum orbe reportarunt Apostoli. Porro in hoc triumpho tria genera personarum
 sunt, cęlites, Apostoli, et prophete, quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa
 q. d. Agonotheta Iustissimus certaminis initi inter vos, o sancti Apostoli, et civitatē
 Babilonis, sententiam protulit pro vobis aduersus illam. Illa quippe damnata quasi
 victa, prostrata, et euersa, vobis triumphus decernitur, gaudete igitur, et exultate lau-
 rea triplici decorati virginitatis, doctrine, atq; Martyrij; virginitate enim cęli ci-
 ues imitantes, doctrina vniuersos populos imbuentes, Martyrio eternę vitę premia
 vaticinantes, tanquam fortissimi athletę carnis, Demonis, ac mundi machinas, et
 bellica tormenta superastis. Cur autem triplex hic virtutum ordo Lauream ornēt
 Apostolicam, rationem reddit Doctor Angelicus super ad Rom. 8. cit. supra prærog.
 10. ijs verbis. Apostoli sunt alijs sanctis quacumq; prærogatiua siue virginitatis,



Mundus iudici
 Chio manus de
 ra. ca. 10.
 Lam. 5. 22.
 Ps. 71. 1.
 Apoc. 18. 8.
 Apoc. 18. 20.
 Babilonis sig-
 nificatur
 Victoria Apo-
 stolica.
 Triumpho per
 sancti
 Iudicis senten-
 tia pro apostolis.
 Lauream Apo-
 stolicam triplicem.
 S. Thom. 4.
 Virginitas.

sive doctrinae, sive Martyrii fulgeant, preferendi: ubi vides Laureas omnes sanctis
 debitas ad tres reduci, eas autem omnes Apostolis deberi, ut pote qui in eis virtuti-
 bus ceteris sanctis prestantiores extiterint. cum autem maior triumphantium glo-
 ria esse nequeat, quam ut ipsi met victores de victis iudicium ferant, tam certa, tamque
 manifesta victoria patiti, ut ipsi aperte ipso insultent, quos aliquando in certamine timue-
 runt, sine est, ut triumphus iste Apostolicus sub nomine, et specie iudicij super in sacris li-
 teris indicatus sit.

Sive nomine
 ej triumphus
 signatus

III.

+ quorum

Eximius locus est Psalmi 149. ubi triumphus Ecclesie describitur de victis hostibus. Psalmus est propheticus, et iam magna ex parte completus: completus inquam in Christo, et Apostolis, quae est typum gesserunt Machabei. Inuitantur autem uniuersi homines christiani laudes canere domino, et imperatori Christo obuictoriam de infidelibus partem in conuersione gentium. Incipit autem primus versus Cantate O regniq-
 torum noui ciues domino victori, et triumphatori Canticum nouum in re videlicet noua, et de re eximia, et precellenti, precellens, et eximium, nouum, inquam, de victoria noua, quae ad nouum spectat Christi regnum, ubi nouum apertum est testame-
 tum, ubi sunt etiam omnia noua, et enim si veteres hymni prestantissimi sunt, ta-
 men in solemnissima celebritate, omniumq- celebratum summa, non veteribus insisterendum, sed noua, recentioraq- proforenda; laus eius quanta debetur tanto imperatori in ecclesia, id est, conuocatione, et cetero sacro sanctorum fidelium (non in synagoga satanae) sit prestantissima, et admirabilissima, ut esse consuevit.

Ps. 149

1. Versus.

Nouum quod dicitur

Laus

2. Versus.

Letetur, et mirifice gaudeat Israel non tam umbratilis, sed verus, dilectusq- dei populus, cui Deum videre nube carnis obiectum datum est, et aperta facie cernere etiam dabitur in magnifica gloria, in eo, id est, Deo Patre, Filio, et spiritu sancto, qui unus et trinus, fecit eum non modo creando ab initio humanam naturam, sed recreando etiam, et reparando per sanguinis Christi redemptionem. Hebraice uno verbo dicitur in factoribus suis pro in eo, qui fecit eum, et filij Sion, id est, celestis Iherusalem ciues, et domesticij Dei, non solum, qui in terra militant, sed qui in celo triumphant, exultent, exsultentq- pro gaudio tripudiantes in rege suo Christo victore, qui eos, et saluos, et victores effecit. En mysteria innuuntur, et sacre triados, et Economie sancte redemptionis nostrae.

Israel verus

u. b. s. cap. 11

Deus noster

Mysteria triados, et redemptio

3. Versus.

Laudent, colitur quidem Deus fide, spe, charitate. Suius cultus, et honoris comites sunt illi egregij spiritus sancti fructus, Austitia, Pax, Gaudium verum quia organa musica festiuam hilaritatem adaugent, simulq- charitatis, et concordie certa symbola sunt, ijdem celestis Sionis alumni, sive Ecclesie catholice filij venerandum, Laudent nomen eius, ac celebrent nomen eius, quod predicauerunt per orbem, detuleruntq- ad ultimas maris insulas, in choro concinnè aptato, in tympano canoros, et Psalterio auribus modulati insonante prallant ei cantandoq-, et sonando hymnos dulces offerant triumphatori. Hec enim letitiae varia instrumenta, multiplicesque sonorum voces, et flatus maximè decet, et egregie comitantur Lauream triumphis, ita enim ostenditur, manifestumq- fit, quia benay lacium est domino in populo suo.

Cultus Dei qui

Charitatis q- sita

Organum m. et triumphum decorant

4. Versus.

quippe qui suos spontanea voluntate amat, gratia prouenit auxilijs, et libenter exultat recte cooperantibus gratia, qua illos primum ierit, unde sequitur exaltabit mansuetos, pauperes humiles, in salutem, ex manibus nempe hostium eripiens, et saluans,

Dimittas dicitur qui gratia cooperantur

ut spera



ut speratus indicat triumphus. cuius dicta sunt haec enus, sic breuiter collige notatis circumstan-
tijs illo versiculo comprehendis. quis, quid, ubi, cur, quibus auxilijs, quomodo, quando.
quis? canore iubetur. verus Israel, seu filij sion. quid? Canticum nouum. ubi? in eccle-
sia Sanctorum. Cur? quia beneplacitum est domino in populo suo. quibus auxilijs? in Cho-
ro, et tympano, sicut tibia, et psalterio. quomodo? cum letitia, et iubilo laudis. quando?
non solum in presenti cantantes, sed in futuro exultantes, hoc est, quae sequitur.

Exultabunt sancti, id est, fidelis Christi athletae victoria parta in gloria, id est, assecuti si-
nam gloriam, et premium; pro quo decertauerunt in terra, possidebunt in caelo. Exultabunt
in cubilibus suis, tamquam magnates consistentes coram rege in summo honore habite,
recumbent etiam ad mensam diuinam dulcedinis, in lectis quae ~~caelestibus~~ caelestibus, non
dormient, sed conquescent, diuinis semper laudibus vacantes, nunquam enim cessabunt
cantica, et praecordia laudationis, et uenerationis in Dei conspectu, imo exaltationes, et
laudes Dei in gutturo eorum, nullus et enim suauior gustus palato diuinae sponsae, quam dum
sponsum collaudat, hoc est, illud, solum uirum illius, quem desideraueram sedi, et fructus eius
dulcis gutturi meo. Cant. 2. 3. et gladij ancipites, id est, utraq; parte acuti in manibus eo-
rum, ut significant uictoriam partam per uerbum praedicationis, penetrabilis omni
gladio ancipiti. Heb. 4. 12. Ore cantant, et manibus gladios tenent, et vibrant, non
enim decantant in illa felicitate. Ad faciendam uindictam in nationibus, id est, ad sumen-
dam ultionem de gentibus rebellibus, et increpationes in populis, exprobrando illis inue-
tentam malitiam, quae uera ista ~~uindicta~~ uindicta, et ultio, nisi ut cogantur gen-
tes, reuerent hominem exuere cum actibus suis. Colos. 3. 10. et abijicientes omnem immu-
ritiam, et abundantiam malitiae. Iacob. 1. 21. et uide sapientiae 5. 21. stabunt iusti in
magna constantia etc. Ad alligandos reges eorum in compedijs, et nobiles eorum in
manicis ferreis. Sic enim in triumpho Romani triumphatores ante currum uincti per
ro, et Cabenis ire iubebant, reges, et nobiles, quos subiugauerant gladio, imperioq;
subiecerant, ergo ipsi uictores, et triumphatores praeterea, et gaudio hymnos lingua
concinent, et manu gladios uictoriae indices gestabunt, in gloria, et maiestatis eximie cur-
ru, Christo imperatori consistentes, regalibus ipsi ornamentis insigniti, et hoc habitus
et hoc magnificentissima pompa laureati progredientur, ibunt itaq; Domitiani, Nero
nos, Caligulae, Diocletiani, et cetera turba imperatorum, non ante currum triumphalem,
sed post relictis, ut uinctis manibus, et pedibus reijciantur in tenebras exteriores.
ut faciant in eis ad hoc pertinent gladij in manibus triumphantium, ut exerceant aduer-
sus eos, quos deuicerunt, iudicium conscriptum, id est, prescriptum a Deo, definitum qd
atq; decretum, atq; per spiritus Sancti oracula prophetica multo ante praenuntiatum
Dan. 7. 9. Sap. 9. 8. Malac. 4. 3. Chrysostomus conscripsum interpretatur iam olim fir-
matum, et quasi in columna incisum, ut mutari nequeat, ut conscriptum sit immu-
tabile. Gloria haec est omnibus Sanctis eius. nihil enim gloriosius uictoribus, quam
cum uictis insultant, eos iudicant, addiunt seruituti, morte, aut alijs mulctant penis.
igitur omnes sancti de hoc mundo et triumphabunt, et iudicabunt. Haec enim magna glo-
ria sedendi cum Christo, et iudicandi, 1. Corint. 6. 2. Sic fit allusio, nescitis, inquit, quia
Sancti de hoc mundo iudicabunt.

Sed haec quasi singularis prerogativa datur Apostolis, qui et primi duces bellis spiri-

112.

111

113.

Constantin
Sanctorum
S. Verus
Gloria Sanctorum
Cant. 2. 3.
Heb. 4. 12.
Col. 3. 10.
Iacob. 1. 21.
Sap. 9. 8.
Malac. 4. 3.
Chrysostomus
1. Corint. 6. 2.



tuales extiterunt, et paupertatis etiam spiritualis Coriphei Christum nudum, et omni
 bus tamquam Luctatorem eximum despoliatum nudi spoliatq; seculi bonis secuti sunt.
 quare illis dictum separatim *Matt. 19. 28. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis*
me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue s[ic]t iudicet
nationes, impleat ruinas etc. Ps. 109) sedebitis et vos super sedes duodecim (asse
sores, et iudices) iudicantes duodecim tribus Israël. neq; Israëlitas carnales solum,
 sed uniuersos orbis populos hoc mystico numero duodenario intellectos, et compre
 hendentes, iudicabunt verò Apostoli non solum iudicio comparationis, nam sic et bonos malos
 et meliores minus bonos, imo minus mali pessimos iudicabunt, ut vniuersos rebel
 les Iudgos. *Matt. 11. 20. neq; solum per approbationem sententię, quomodo Sap. 13. 8. =*
iudicabunt sancti nationes. Ps. 57. 11. Letabitur iustus cum viderit vindictam etc. sed
 etiam per sententię prolationem non quidem vocalem, sed spirituales, per quamdam senti
 ent illuminationem, uti superiores angeli inferiores illuminant. Hec itaq; modo Apostoli
 non solum homines malos, ac bonos, sed etiam angelus malos, imo et bonos quoad primum
 accidentale, quod eis de custodia, et illuminatione bonis non dominum debetur, iudicabit.
 Unde Paulus nomine omnium Apostolorum *1. Corint. 6. 3. nescitis, inquit, quoniam ange*
los iudicabimus, malos nimirum peccata mulcantes, et bonos accidentali premio augen
 tos. Sicut autem spe prerogatiua Apostolica data sit quasi primis spiritualis ante fe
 s[ic]t, et paupertatis candidatis, tamen non ideo magis alijs, conueniat enim et bea
 ti Baptistę, et Moysi, multisq; alijs, no[m]i[n]e ~~ominantur~~ *profero duodecim sedes, quia*
de Apostolis erat sermo, quarum tunc numerus erat duodecim, quasi dixerit dominus vos
duodecim totidem sedes obtinebitis in iudicio extremo. vnde triumphantes mecum inq;
terquam quietem, et gaudium reuertimini. Sic fere ex s. Thoma. Quartus præterea noster
Maldonatus (cuius ego sententiam maxime facio) Apostolos quidem non tamquam pro
cones, aut consiliarios, sed tamquam Doctores, ac testes iudicatuos, hoc est, condemnatu
ros eos, qui ipsis predicantibus credere noluerunt, quemadmodum dicitur Ioan. 5. 45. Mu
ses accusaturus Iudgos, quia ipsi de Christo prophetante credere noluerunt. Sic itaq; præ
rogatiua Apostolis datur, veluti Doctoribus primis euangelicę predicatiõis.
 Quous autem modo explicari velis, singulara præfecto hoc privilegium est, ac præ
 tantissimę excellentię, Christo in nube candida velut in triumphali curru ad iudicium
 mundi uniuersi venienti, indaga tamquam à Throno celsissimo, et gloriosissimo iudican
 ti instar iudicum cum potestate, et auctoritate considerare. Tales enim consessores, et si aliud
 non fecerint, nisi ut iudicem ipsum supremum comitentur, vulgo iudices nominari conue
 niunt, quippe qui eo in loco sint, unde aliqua ratione moderando iudicio, causam exhibere queant,
 vel consulendo, vel approbando, vel testificando, verum quominus verè ac proprie iudices ap
 pellentur, quid est, quod prohibeat? Num Christi muneri, cui Pater omne iudicium dedit, bonum
 s. 22. aliquid derogabitur? an non poterit, cui voluerit Christus Dominus suas vices delegare, aut
 tribuere? vidit certè Paulinum episcopum Notanum officio fungentem iudicis ille Rex
 Africanus, cuius genero pro mancipio seruiebat, seq; à flagelli p[en]a liberantem, cum
 princeps appareret iudicij, medius ipse protibunalis considens, vidit oculis prophetiis De
 niel celeberrimus inter sacros vates formam iudicij, ubi non solum iudex Christus, sed et
 consessores Apostoli alevant, ut restatum reliquit cap. 7. Sic querens: *Aspiciebam donec throni*

Paupertas
 Matt. 19. 28
 Ps. 109
 Matt. 11. 20
 Sap. 13. 8
 Ps. 57. 11
 1. Corint. 6. 3
 Angelus
 quomodo iudicabit
 Ps. 57. 11
 Cur sedes
 minantur
 teris
 Apostolis
 Ioan. 5. 45
 Moses
 accusat
 Iudgos
 in iudicio
 Privilegium
 quomodo
 iudicabit
 Ioan. 5. 22
 s. Paulinus
 Lanus
 ap[osto]l[us]
 Ps.
 De
 ca
 positi

114.



positi sunt, et antiquus dixerunt, sedit. et interpositis quibusdam subdit, iudicium sedit, et libri aperti sunt. Habebunt ergo et modo etiam habent, habuerunt q; dum in terris viuerent omnes Apostoli iudiciariam auctoritatem, ac potestatem à Christo Domino communicatam.

ideo q; predicantur ut vidimus supra in expositione Ps. 149. cum gladijs in manibus, quæ for- ma iudices representat, et spirituales, quales sunt sacerdotes, et episcopi. (Vetus Matt. 19.) De potestate iudiciaria in ecclesia militante potest explicari, ut auctor imperfecti in Matt. et Hilarius explicat, et probat. Alcazar Apoc. 2. Not. 7) et vniuersales, quales futuri sunt in extremo iudicio.

Quod sit verò gladius etiam in spirituali, et conscientie iudicio symbolum potestatis, vel ille vulgaris loquendi modus satis arguit, et probat, quod dicitur, vel sacerdos, vel episcopus armatus accipit gladio, tum ad audiendas confessiones sedere, tum ad vicia pro concione notanda, et increpanda conscendere. Hispani sic dicunt, que entra en el confesionario con la espada desenuainada, y sube al pulpito con el montante en las manos. De utroq; itaq; iudicio, et spirituali pro hoc tempore, et de extremo infine temporis, ille verticulus b. supradictam expositus est. Ex alterutro igitur ingens glorie cumulus, summaq; laudis, et decoris accessio, Apostolorum dignitati prouenit. Atq; in vno, et altero triumphum de mundo agunt, gentibus, populis, regibus, nobilibus dominantur, eisq; superiores sunt, et maiori in honore habiti.

Hoc verò, licet satis pateat ex superioribus dictis, tamen libet Chrysostomi sanctissimi doctoris aureo flumine eloquentie, et eximia auctoritate comprobare, et illustrare. Is in eo sermone, qui inscribitur, Demonstratio aduersus gentiles, quod Christus sit Deus, ita de Apostolis. Ad hęc, inquit, quod cum auctoritate predicarint, et regibus potentiores fuerint, docet, inquitens Ps. 44. 17. Constitues eos principes in omni terra. Quod autem regibus maiores sint Petrus, et Paulus de clarauit euentus. Nam regum leges, etiam ipsis viuentibus, irritantur, atq; piscatorum illorum etiam mortuis ipsis, ratæ sunt, et immobiles manent, licet multis legibus, animaduersionibus, armis, supplicijs, argutijs, verborum eloquentia, cognationibus, demonibus, diabolo, consuetudinibus, malis moribus, voluptatibus, et infinitis alijs refringere plurimi conati sint. Et cetera, quæ breuitatis studio omitto, et vt legendi illum sermonem, studijsis excitem desiderium. Vnum omittere non debeo, quod triumpho Apostolici singulare indicium, atq; testimonium est admirabile; ubi defuncti sunt, inquit, regibus ipsis erant venerabiles, magis etiam Romæ, quæ vrbium est regalissima, relictis omnibus ad sepulchra piscatoris, et pellionis currunt, et reges, et præsi des, et milites. Et Constantino poli reges nostri magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula corpora sua sepeliantur, fiantq; piscatorum ostiarij reges; neq; sine in morte confundantur, sed honestentur et ipsi, et eorum nepotes, et pronepotes. Constat igitur iudicandi prærogatiuam propriam esse Apostolorum, quibus, vt spiritualis vitæ primis, ac perfectissimis sectatoribus, paupertatisq; euangelicæ, et candidatis strenuis, et professoribus fortissimis, nobiliori modo conueniat, arctiusq; et clarius, et sepius promissa fuerit.

Nihilominus alijs neganda non est, qui perfectæ vitæ normam vel dederunt, vel tenuerunt, vt Moysi antiqui populi duci, et legislatori; vt Ioanni Baptistæ sanctitatis, et paupertatis portentoso miraculo; pluribusq; quos longum fuerit numerare; imo vt constat ex supra commemoratis, atq; ex Beda referunt posteriores, et si ex duplici ordine electorum, alter sit singulariter iudicantium cum Christo, alter miseror alter iudicandorum; tamen hi pos-

Ps. 149.
Gladius symbolum potestatis iudiciaria
Matt. 19.
Explicatur de re spirituali in ecclesia militante auctor imperfecti Hilarius.

Spiritualis potestatis iudiciaria.

Psalmi 149. b.

Chrysostomus de laudat.

Ps. 44. 17.

Apostoli maiores regibus.

Leges apostolicas nullas irritas facere potuit.

Ad sepulchra Apostolorum magni principum proberunt.

Ostiarij piscatorum reges.

Quibus præter prærogatiua datur.

Beda Quædam iudicandorum.

115.

116.

117.



terioris ordinis postquam fuerint iudicati, etiam ipsi cum Christo suos persecutores iudicabit. unde fit, ut omnibus sanctis Sæcæ mundi iudicandi competat gloria. Nec repugnat Sive asserthoni duodecimarius numerus sedium Apostolis assignatus. nam cum Christus privilegium iudicandi duodecim sigillatim promitteret, duodecim sedes promisit, unicuique suam, montem propterea plures futuri non sunt, neque se alijs alias, si meruissent, daturum negavit. Ex hæcenus discussis illud perpicuum est, Apostolos duodecim concessuros quod iudicem Christum in iudicio; simul etiam iudicium dignitate, atque munere functuros: quod genus sit præstantissimi triumphi, de ijs nempe à quibus iniuste iudicatus fueris, tandem vice versa iustum iudicium ferre; eos pedibus subijcere, quorum aliquando fastum Calcanei Serrera coactusis.

Gloria iudicandi
sanctis competi

118.

Verumtamen non hic summus gradus triumphi, et gloriæ, quæ Apostolicæ respondet sumilitati. Nam ut S. Thomas probat in sermone quodam super euang. Dom. 16. post Pentecost. tenet ex tribus gradibus, per quos ascendit is, qui verè Sumilius fuit, cum Deus illum ad mensuram Sumilitatis extollit, primus hic est, ut iudicariæ dignitatis in throno sedeat, equum enim, ac debitum præmium, ut qui ad eum abiectus fuit pro Christo in hoc sæculo, ut vix dignus Sæberetur ad pedes sedere mundi procerum, atque magnatum; sic eminens exaltetur, et super eum Satur ad solium, ut procerum, primatumque capita detecta, suisque plantis inferiora respiciat, eos ipsos etiam iudicet, à quibus iudicatus est, sed de hoc gradu satis multa iam supra sunt dicta. Est verò secundus gradus, cum ex iudicaria auctoritate transfert Deus quosdam,

Gradus trium
Sumilitati
Dominica. 16.

Triplicis gradus
centionis, et exaltationis,
Audienti auctoritas.

atque promovet ad potentiam, et ius regale, cuius gradus, licet exigua videatur à priori abasie distantia, tanta tamen ab illo intercedit, ut non sit facile distantiam mensuram inuenire, ac designare; iudices (hæc inficiari queo) supremam obtinent auctoritatem, populus sibi habent subditos, omnium in oculis existunt, et tenuioribus, et diuturnioribus venerationi sunt: sed tamen potestatem ab alio accipiunt, à quo et dependent. At regia maiestas, atque potentia absoluta est, immunis, et libera ab alterius imperio: atque ad eum non pro certo, statoque tempore, sed in perpetuum duratura; imò et in successores, Sæcæque legitimos transitura. De hæc dignitate Psal. 136. 7. sic scriptum est; Non aufert Deus, nimirum à iustis, oculos suos, et reges eos collocat in perpetuum, et illic eriguntur. q. d. tanta est Dei providentia erga verè Sumiles, iustitiamque cultores, ut semper in eos videatur intentos oculos suos habere; ad eum nempe liberaliter, et sine quibus ipsi dona sua largitur, et præstat; ut non prius à benefaciendo supersedeat, quam in regia eos sede, ac dignitate collocatos, confirmatque esse iubeat; quo etiam in loco nunquam desinit eos magis, magisque in perpetuum exaltare.

Ius regale
bonitatis

Psal. 136. 7.

Deus libens
premijs.

At qui fieri potest, ut regia dignitas crescat, maiorque in dies iudicetur, nisi ut pluribus provincijs, regnorumque coronis augeatur? Hæc enim videtur insinuasse vates ille Nathan cum Dei nomine scelus Davidis aduersus Uriam exaggerans subdidit; et si parua sunt ista, adijciam alia maiora, sed profectò summa, quæ desiderari potest auctio illa est, quæ ad tertium gradum promotione, et exaltatione continetur. B. igitur gradus quo altior nullus est, magnitudine, et fructu sempiternæ gloriæ constat, ut illis verbis ostenditur Psal. 5. 11. qui ponit sic miles in sublimi, et merentes erigit sospitate. Deus, inquit, ad eum superuehit eos, qui propter ipsius fidem, et obedientiam Sumi reprobant, ut in sublimi gloriæ solio constituat, in sublimi, inquit, per antonomasiam quo sublimius nihil sit, id est, supra iudices, supra reges, et merentes Hebraicè, nigros, pullatos, atratos, proque tristitia deiectos, et terræ afflictos, erigit, exaltat, Hebraicè Sagab ad tam eminentem arduumque locum, quò nec vis, nec

Potentia
an angeli
laus
1. Reg. 13. 9.

Sempiternæ
ac perpetuæ
Sæcæ
Psal. 5. 11.

Sublime per
onomasiam
Circumstantiæ
Sagab

metus euehat, nec inuidia, aut furor attingat, ubi nec insidiae sunt, nec dolus, nec ulla res aduersa; sed omnia salua, secura, & incolumia; et in sospitate, atq; salutis eterno culmine sita, atq; fixa. Hic certe tertius ac supremus gradus, quo extollisumiles solent, reliquorumq; non solum honoratissimus, sed celsissimus, quibus dumtaxat in illo statu gloriae sempiternae conceditur, cum alij etiam in hoc saeculo non nunquam tribuantur à Deo, sed frequentius in altero; siquidem bona, quae cum huius temporis usura finiuntur, bona dici vix possunt, nisi cum addito caduca nimirum, et non diutius, quam in vitam, ut plurimum, eamq; breuem duratura. Itaq; ex his tribus honoris, et gloriae gradibus, qui ad iudicis spectat, licet Dominationis titulo censei queat, altitudine gaudeat solij, et praestantia dignitatis, tamen certis quibusdam limitibus continetur, coarctaturq; pro alterius arbitrio, et voluntate superioris, qui etiam regio praeminet nomine, et diademate cohonestatur imperij; et si nulli secundus, nihilominus aequalium tyrannidi, violentiae, inuidiaeq; expositus esse potest. At tertius adeo supereminet, ut solus ipse sublimis absolute, atq; per excellentiam dicatur, cuius est thronus ab omni violentia liber, atq; ita per aeterna saecula in caelesti patria perseueraturus.

Omnes hos tres gradus, ni fallor, Anna Samuelis mater insinuat in suo cantico. Reg. 2. 8. Suscitat, inquit, de puluere egenum, et de stercore eleuat pauperem. Sic primus, prima nempe eleuatio ad iudicij sedem; hunc enim quasi de puluere ascendunt ad honoris solium, ut sedeat cum principibus, ecce secundus. princeps enim quasi primum caput, rex dicitur, et solum gloriae teneat. In tertius cui gloria, et solium antonomasticos attribuitur. Glossa Ordinaria pauperem interpretatur Christum, qui sedeat cum principibus in iudicio, id est, Apostolis; deinde cum eisdem ad dexteram Patris regnet, ubi et in aeternum gloria summa perfuere. Cui utinam nos, qui haec expendimus, ita in hoc saeculo similes in portanda cruce, in abiectioe toleranda esse velimus, et volentes asequamur, ut eiusdem post funus consortes gloriae fieri mereamur pariter cum sanctissimis duodecim Apostolis, quorum Summitati summe admirabili, stupendeq; hae duodecim prerogatiuae aliqua ex parte respondent, ut doceant quid possit in homine gratia Dei. sed ad D. Paulum calamum conuertamus, cuius causa haec longior disputatio assumpta à nobis fuit; doceamus qd omnes illi has prerogatiuas duodecim in Oitas fuisse, ut merito nomen Apostoli sui prefixerit epistole, quam commentandam, declarandamq; suscepimus.

§. 16.

Has Prerogatiuas duodecim omnes ^{Duo} Paulo fuisse inditas, ut nomen Apostoli praesefert.

V. I. Paulus Apostolus

Insigniter ornatum, ac mirabiliter decoratum D. Paulum duodecim hisce Margaritis, quibus Apostoli duodecim (ut Sactenus exposuimus) praeuinit fuerunt, et si nomen ipsum inscriptioni prefixum satis per se innuat, tamen ut ~~certum~~ liquido constet, et luculentius pateat, nec ipsi imperito vulgo, ut dubium latet, sigillatim, seorsumq; hic explicandum curabo.

Primam itaq; atq; adeo splendidiSSimam gemmam, per quam testis resurrectionis Domini factus, ipse met sibi datam D. Paulus agnoscit, et probat se Apostolum ex illo 1. Corint. 9. 1. cum ait; Non sum liber? Non sum Apostolus? Nonne Christum Lesum Dominum nostrum vidi? q. d. Nemo me Apostolum, atq; adeo resurrectionis Christi Domini oculatum testem, iure inficiabitur; qui sciet hisce oculis meis ipsum à me visum, postquam surrexit à mortuis;

Tertius gradus homo in diebus saeculi primum. Quos priores etiam in praesenti conuoluit ad similitudinem.

Prima caduca vix sona.

Reg. 2. 8.

Glossa ordinaria in hunc.

Tertius ex reatur reuinit Paulus.

1. Cor. 9. 1.

119.

120.

1. Prerog.



idem probatum vult, cum hoc aditu epistolæ (ut ex commentario Suius versus primi constare poterit) resurrectionis inducit mentionem. quam verò fidelis fuerit testis, quam præclare Suius muneris partes præstiterit, quam fortiter dimicando usq[ue] ad sanguinis, et vitæ profusionem, testimonium confirmauerit, demonstrant aperte, et luculenter docent, quæ passus est, continua pericula, assidui, et maximi labores, carceris diuturni, sua vincula, et innumera opprobria, ut patet ex illo præsertim loco in laboribus plurimis, in Carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, et cetera, quæ sequuntur. Martyrij præclara argumenta. Clamat inter reliqua valide gladius ille, quo Romæ iubente Nerone ca- put hoc alterum orbis catholici amputatum est, quo die primum caput ecclesiæ Petrus in crucem actus, cui ut socius aderat Paulus regiminis, et Christi contestis; licet non ipse ex officio, sed ex privilegio muneris summi, hoc est, Pontificatus consors fuisset; ille, inquam, gladius omnibus, qui sanctorum Apostolorum imagines contemplantur, non obscure loquitur; D. Paulum Apostolicum testimonium sanguine purpurasse; imò et lacte candidum præmonstrasse. siquidem ex vulnere lac emanavit, et caput abscissum ter seipsum inclamans tribus motibus tres dulcis aquæ fontes aperuit; qui hodie etiam Romæ non sine admiratione aquis scaterere cernuntur. quod miraculum ipse dum Roma transiret Neapolim magnam cum alacritate vidi, anno domini millesimo sexcentesimo sexto Paulo s. insidente

Præclara Martyrij

2. Cor. 11. 23

Paulus gladius eius. Petrus in crucem actus.

D. Paulus consors Pontificatus, et muneris summi.

Miracula inter hinc Pauli

Paulus s. Insidente anno 1606

Chathedre Apostolicæ.

121.

Immensus hoc loco sese expandebat, et ostentabat campus ad laudes Suius divini Apostoli commemorandas; ubi spaciari liceret inter altissimas palmas, per amana prata, florentes hortos, fecundas segetes virtutum, et gestorum præclarissimorum; sed hoc immensi laboris opus, sicut et infiniti fructus, volumen sibi peculiare postulat, quin et obiter multa necessariò à nobis alijs in locis tangenda sunt. Illud non omitiam hęc animadvertere, quod alicui mirabile videri potest; cur nulli sigillatim ecclesiæ, nulliue certæ provinciæ, aut regioni fuerit s. Paulus addictus, aut in pastorem peculiarem præpositus; sicut ceteros duodecim Apostolos scimus; qui inter se partiti sunt, ac sortiti singuli singulas uniuersas regiones, suas proprias ecclesias, ac dioceses agnouisse? Hoc inquam mirabile videtur, sed mirandum non est, cum constet omnium vni Paulo ecclesiarum, curam, et sollicitudinem concreditam fuisse. Fuit itaq[ue] D. Paulus uniuersalis Pastor ecclesiæ ex spiritus sancti mandato, sed ad gentes tamen præcipuè destinatus. Hęc verò ei privilegium datum tamquam militi Christiano non supremo duci, seu imperatori, quod Petri proprium, sed magistro, ut dicitur, equitum, qui gladio verbi totum exercitum Christi et regeret, et defenderet, expeditiusq[ue] hostes persequeretur.

Laudes Pauli quante, et qualitate

Cur Paulo sicut alijs Apostolis sit assignata? singulari aliquo privilegio? s. K. episcopi

Paulus imperator Christianorum.

2. Prærog.

122.

Secunda gemma emicat longè, et illustrem maximè reddit Apostolum; nam cum ipse ex paucis vnus, et primo præsertim, imò immediatus extiterit, ab eo, qui propinquior sequitur longo necesse est distet intervallo. nam cum duo insignes Apostoli duodenario numero antiquo super additi fuissent, nimirum Paulus, et Barnabas, plus fortasse poterit videri distans à Paulo Barnabas, quam Paulus distat à Petro, cuius muneris, et principatus Romæ factus particeps. Ita sane, ut in nullius alterius Apostoli nomine diplomata consignarentur Apostolica præterquam in Petri, et Pauli, et nomine, et signo. Præclara verò gemma, et eo clarior, quo rarior. imò nulli duo vniones cum Petro, et Paulo comparandi. qui multo melius aures ecclesiæ, quam Egyptiacæ reginæ illi tam decantati vniones ornarunt.

Paulus ex vnus, sed sicut primo, s. e. g. g.

Diplomata Apostolica nomine vnus Pauli Petrus, et Paulus duo singulariter nati

Clorata vniones Tertia



Prærog. 3. Tertia satis elucet, ex eodemq; fundamento expenditur. Nam cum duo de Calilo (sic enim ap. *123*
 pollicat' Irenæus. Duodecim Apostolos, cum ait, utrumq; testamentum duo decastilo, id est, duodecim
 columnarum superfundatum) cum itaq; duodecim numero columnarum duodecim fuerint divinitus
 divincti, et singulari vocatiōne post Christum in eam evectum, ex multitudine doctorum selec-
 ti, ex his duobus unus est Paulus, igitur vel inter duas, vel inter quatuordecim magnos Aposto-
 los. certo, ac definito numero censendus est, noster, Apostolus Paulus.

Prærog. 4. quarta iam gemma ex varijs testamenti veteris figuris præbari potest. Primo loco cum *124*
 Augustino proferenda est illa elegans satis Beniaminij figura, ubi dictus est à Patre, Supra
 rapax, talis enim fuit Paulus, qui mane id est, initio cum ecclesiam persequeretur, rapuit &
 prædam, cum spirans mirarum, et cæcis in discipulos domini sequeretur, spoliaret, ad mortem
 raperet; vespera autem, id est, ad extremum mutatus iam in virum Apostolicum, divisit
 escas, et doctrine celestis panes uniuersis populis impertitus est. Victus vero à matre iure
 optimo Benam, id est, filius doloris mei, siquidem magnis cum dolore parturivit; dum per
 sequeutionem in stephano, et alijs Christi-fidelibus pateretur; à Patre autem haud iniuria
 appellatus est Beniamin, id est, filius dextere; quippe cui à dextera potenti Dei omnia es-
 sent feliciter euentura. unde non immerito sigilla Apostolicæ sedis ad dexteram exprimit
 eius imaginem, qui dexter semper in stadio nauali gubernaculum tenuit, proram direxit,
 nihil profundi pelagi fluctus, aut incursantes ventorum procellas, quominus dextram, ac
 felicem cursum sequeretur, pertimescens.

Non minus illustris typus extat in illo Salomonis magnificentissimo throno, de quo scriptum
 est, tale opus non fuisse factum in uniuersis regnis. cum Duperto enim (quem etiam refert
 et prædat Viegas) dica duodecim Leones super sex gradus hinc inde stantes significasse
 quidem Apostolos duodecim; at duos alios Leones, qui stabant iuxta manus hinc, atque
 illinc tementes sedile, quis non dicat aptissime representasse Paulum, et Barnabam, nam
 si ceteri Apostoli priusquam ad solium gloriæ Christus verus Salomon ascenderet, id est, cum
 per gradus scandebat prædicationis, ostensionis, miraculorum, passionis, mortis, resurrec-
 tionis, ipsum comitati circumsteterunt; at Paulus, et Barnabas postquam ad dexteram
 sue maiestatis olatus, iam gloriæ solium tenebat, ad Apostolatus dignitatem promoti sunt;
 ut pote qui sedentem, atq; regnantem sui Summis sustinere deberent, ac per omniaru
 mundi portare, quos non sine mysterio crediderim Appellatos, non leunculos, ut alios,
 sed Leones. Nam qui Leones sic terrore, et fremitu sue prædicationis stupescere fecissent
 sequam innumerabilem bestiarum, hoc est, gentium, iadlerum lucis addictarum, et vanarum
 superstitionum laqueis, retiaulinq; constrictam Sabentium et mentem, et voluntatem; quare
 de Paulo dictum, ut portet nomen meum est. quod una cum eo fecit et Barnabas.

Adumbrarunt præterea hos duos Apostolos Paulum, et Barnabam duos illi insignes colum-
 nae Iachin, et Boos, quæ in vestibulo salomonici templi erectæ erant, ingressum q; mirum immo
 dum artis elegantia, et molis, et aspectus pulchritudine exornabant. ex are fusili efforma-
 tæ, sublimes, et crassæ, ut nomini bus etiam notabatur, maximam firmitatem, ac robur
 præfererebant, ut pote necesse est in Apostolis extitisse, qui instar fortissimarum columna-
 rum euangelicæ prædicationis grauissimum pondus sustinuerunt. Sonora quidem corpora vo-
 cem, præconiunq; in omnem terram usq; peruenturum portendebant; Capitella reticulata,
 male granatis distincta, atq; liliata, non modo testamenta vetus, et nouum, quibus, et



Prærog. 3. Tertia satis elucet, ex eodemq; fundamento expenditur. Nam cum duo de Calilo (sic enim ap. 123 pollicat' Irenæus. Duodecim Apostolos, cum ait, utrumq; testamentum duo decastilo, id est, duodecim columnarum superfundatum) cum itaq; duodecim numero columnarum duodecim fuerint divinitus divincti, et singulari vocatiōne post Christum in eam evectum, ex multitudine doctorum selecti, ex his duobus unus est Paulus, igitur vel inter duas, vel inter quatuordecim magnos Apostolos. certo, ac definito numero censendus est, noster, Apostolus Paulus.

Prærog. 4. quarta iam gemma ex varijs testamenti veteris figuris præbari potest. Primo loco cum Augustino proferenda est illa elegans satis Beniaminij figura, ubi dictus est à Patre, Supra rapax, talis enim fuit Paulus, qui mane id est, initio cum ecclesiam persequeretur, rapuit & prædam, cum spirans mirarum, et cæcis in discipulos domini sequeretur, spoliaret, ad mortem raperet; vespera autem, id est, ad extremum mutatus iam in virum Apostolicum, divisit escas, et doctrine celestis panes uniuersis populis impertitus est. Victus vero à matre iure optimo Benam, id est, filius doloris mei, siquidem magnis cum dolore parturivit; dum per sequeutionem in stephano, et alijs Christi-fidelibus pateretur; à Patre autem haud iniuria appellatus est Beniamin, id est, filius dextere; quippe cui à dextera potenti Dei omnia essent feliciter euentura. unde non immerito sigilla Apostolicæ sedis ad dexteram exprimit eius imaginem, qui dexter semper in stadio nauali gubernaculum tenuit, proram direxit, nihil profundi pelagi fluctus, aut incursantes ventorum procellas, quominus dextram, ac felicem cursum sequeretur, pertimescens.

Non minus illustris typus extat in illo Salomonis magnificentissimo throno, de quo scriptum est, tale opus non fuisse factum in uniuersis regnis. cum Duperto enim (quem etiam refert et prædat Viegas) dica duodecim Leones super sex gradus hinc inde stantes significasse quidem Apostolos duodecim; at duos alios Leones, qui stabant iuxta manus hinc, atque illinc tementes sedile, quis non dicat aptissime representasse Paulum, et Barnabam, nam si ceteri Apostoli priusquam ad solium gloriæ Christus verus Salomon ascenderet, id est, cum per gradus scandebat prædicationis, ostensionis, miraculorum, passionis, mortis, resurrectionis, ipsum comitati circumsteterunt; at Paulus, et Barnabas postquam ad dexteram sue maiestatis olatus, iam gloriæ solium tenebat, ad Apostolatus dignitatem promoti sunt; ut pote qui sedentem, atq; regnantem sui Summis sustinere deberent, ac per omniaru mundi portare, quos non sine mysterio crediderim Appellatos, non leunculos, ut alios, sed Leones. Nam qui Leones sic terrore, et fremitu sue prædicationis stupescere fecissent sequam innumerabilem bestiarum, hoc est, gentium, iadlerum lucis addictarum, et vanarum superstitionum laqueis, retiaulinq; constrictam Sabentium et mentem, et voluntatem; quare de Paulo dictum, ut portet nomen meum est. quod una cum eo fecit et Barnabas.

Adumbrarunt præterea hos duos Apostolos Paulum, et Barnabam duos illi insignes columnae Iachin, et Boos, quæ in vestibulo salomonici templi erectæ erant, ingressum q; mirum immo dum artis elegantia, et molis, et aspectus pulchritudine exornabant. ex are fusili efformatæ, sublimes, et crassæ, ut nomini bus etiam notabatur, maximam firmitatem, ac robur præfererebant, ut pote necesse est in Apostolis extitisse, qui instar fortissimarum columna- rum euangelicæ prædicationis grauissimum pondus sustinuerunt. Sonora quidem corpora vo- cem, præconiunq; in omnem terram usq; peruenturum portendebant; Capitella reticulata, male granatis distincta, atq; liliata, non modo testamenta vetus, et nouum, quibus, et

corpore, et animo subiecti erant si sancti doctores, sed virtutes etiam primarias eorum pro
 monstrabant. Nam fides, quae sagens comparatur, retiaculorum varijs voluminibus Cha
 ritas, quae diuersos animos in unum copulat, atq; connectit, maligranatorum ordinibus,
 quae sub uno cortice multigrana continent, siliorum deniq; speciositate spes, quae in
 Deum semper tendit, significabatur: ergo Iachin, et Booz, Paulum, et Barnabam represen
 tarunt. Quorum sanctitate, et doctrina, mirabilibus inquam operibus, et diuinis sapi
 entia catholicae Ecclesiae, et ab initio, et modo maximum ornamentum consequuta est.
 Columnarum dicitur descriptionem longiorem, atq; expressiorem. vide apud Viegā
 Apoc. 3. Com. 2. Sect. 6.

127.

Quatuor ~~gemmae~~ inde consequentia gemmae non minus quam ceteras duodecim Aposto
 los Paulum mirificant. Quintam enim, quae electionem eius à Christo domino factam
 indicat, praebant Christi verba, vas electionis est mihi iste, illa etiam eiusdem Pauli
 Suius epistolae ca. 15. cui me segregauit ex utero matris meae, et vocauit per gratiam su
 am, ut euangelisarem illum in gentibus etc. et Rom. 1.1. Paulus vocatus Apostolus segre
 gatus in euangelium Dei. Hanc electionem tanti aestimandam arbitratus est D. Paulus
 ut frequenter epistolarum titulo adhibuerit, atq; ut eximium privilegium amplius cla
 resceret, prudentissime distinxerit, atq; expenderit. Hoc patet maxime initio primae
 ad Corinth. 1.1. Paulus, inquit, vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei. sed quid
 non ne satis fuit dicere se Apostolum Iesu Christi, ut constaret eius electio, ac privilegium
 electionis? satis fortasse, sed non omnibus. Quare debuit enucleatius explicare, ut ne
 mo non intelligeret, non humana solum, sed diuina etiam voluntate se vocatum ad
 Apostolatus dignitatem per Iesum Christum Dominum. explicatius adhuc 1. Timoth. 1.1. Paul
 us Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri, et Christi Iesu spei nos
 trae. Hic quod breuiter dictum erat, Apostolus Iesu Christi, pluribus repetit, seu exaggerat
 nam imperium Dei saluatoris nostri, quid est aliud, quam Iesu Christi, qui Deus est, et
 saluator? et quod subditur Iesu Christi spei nostrae, explicatio quaedam est alterius rela
 tionis, qua dicitur promissus, et expectatus Messias à Patribus. vide supra prerogatiua 9.

128.

Sexta gemma tanti est fulgoris, ut nemini obscura sit, qui considerat illa verba Pau
 li Suius epistolae cap. 1. vers. 11. 12. Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod
 euangelisatum est à me, quia non est secundum hominem, neq; enim ego ab
 homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Hoc verò reliquis
 Paulus antestat Apostolis, quod omnes illi successu temporis, et multis dierum spacijs,
 imo et annorum, succedentibus, instituti sunt à Christo, et diuina in cultu discipli
 na; at vnus Paulus raptus in caelum vno fere momento temporis edoctus est omnia,
 neq; alterum praeter Christum iam ad dexteram Patris consistentem, magistrum ag
 nouit. Alij doctores sacri per scalam conscenderunt in caelum (non inficias eo) illine
 enim doctrinae puritatem, diuitiasq; sauserunt: sed praestitit omnibus fere, diuinus
 Paulus, qui non per scalam, sed rapidissimo volatu sese in caelum contulit, et ad interio
 ra velaminis penetrauit. vide Alcazarem Apoc. 4. 1. Not. 1. fine.

129.

Septima gemma non tam aperte probari potest, nam et si non dicamus Paulum
 episcopum ordinatum, seu consecratum immediate à Christo domino, possumus tamen si
 ne dubio affirmare ipso Christo mandante consecratum ex illo Act. 13. 2. Dixit illis spiri



Fides, Charitas.
 Iachin, et Booz
 Paulus, et Barnabas
 virtutes, et operibus
 Ecclesiam
 5. Prerogatiua
 electionis.
 Act. 9. 11.
 Gal. 1. 15.
 Rom. 1. 1.
 1. Corinth. 1. 1.
 1. Timoth. 1. 1.
 Preg. 6.
 Paulus in
 tus à con
 Preg. 7.
 Paulus in
 Paulus quod
 Act. 13. 2.
 tus Sane

tus sanctus, segregate mihi Saulum, et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos, tunc
ieiunantes, et orantes, imponentes q̄ eis manus dimiserunt illos. Imperium hoc datum Ecclē
 sic Antiochenis Patribus, tribuitur Spiritui sancto, cui interior Ecclēsię gubernatio incumbit;
 hoc autem per doctores illos, quos prius enumeratos constat, appellatos q̄ prophē
 tas, eloquutus est; sed inficiari nemo potest Christum simul, et Deum Patrem cum Spi
 ritu sancto, mandasse, siquidem operatio, quę ad homines pertinent instituendos, et
 regendos tribus personis sunt communia. Accepisse autem Paulum, et Barnabam secun
 dum hoc mandatum ordinis sacramentum, initiatos q̄, et consecratos episcopos =
 (quod necessarium fuit ad tam gravem, insignemq̄ missionem) postmissa ieiunio,
 facta oratione in sacrificio missę, et impositione manuum, per episcopos illos, qui et
 doctores, et prophęta nominantur eo capite 13. v. 1. Verior opinio tueretur, quam certis
 simam supponit Cardinalis Baronius Annal. 1. Anno Christi 44. pro prelo. Confirmat
 etiam noster Justinianus in epist. Pauli disp. 1. cap. 2. n. 2. ex Chrysostoma. per prophetas
 locutum, ait, Spiritum Sanctum n. 12. explicatis certis questionibus circa verba successi
 tata superius, asserit Paulum, et Barnabam in ordinem episcoporum velatos per ma
 nuum impositionem illorum trium, quibus nominantur, Simon Niger, Lucius Cyrenensis,
 et Manahan. Historia tamen scolastica ibidem cum Syrano à Petro, Jacobo, et Ieanne
 ordinatos autumat. sicut Clemens Romanus in comit. Apost. ceteros Apostolos tradidit
 ordinatos fuisse. quoniam suppleri potuisse diuinitus ordinationis ceremonias, diuinitus
 etiam conferri sacramentum ordinis his Apostolis, quemadmodum et alijs collatum
 fuit per illa verba; Hoc facite in meam commemorationem, non alienum à ratio
 ne existimat eadem scolastica historia. verum S. Bruno Carthusiensis ordinis insti
 tutor, et fundator super hanc epistolam cap. 1. v. 1. asserit; non ad hominibus, neq̄ per ho
 minem, sed per Iesum Christum fuisse Paulum ordinatum, et consecratum, ut in com
 ment. referemus. Ex dictis itaq̄ constat sane gemmam sicut et ceteros duodecim Apos
 tolos ita D. Paulum à Christo Domino obtinuisse. vide quę supra §. 7. diximus, p. n. 72.
 Octavam gemmam, quę missionem à Christo continet, sic ipse locus, quem prima
 nibus tenemus, apertissime testatur, et luculentissime prodit; Paulus (inquit hic) Apos
 tolus, id est, missus non ad hominibus, neq̄ per hominem, sed per Iesum Christum, et De
 um Patrem, qui suscitauit eum à mortuis. in hiis verbis omnes hę quatuor prerogati
 uę confirmatę sunt, ut deinceps ex commentariis, atq̄ ex paraphrasi etiam planum
 fiet. Ut etiam annotauit Cardinalis Tolotus Rom. 1. annot. 3. significatio vocis Apostoli
 super omnes Apostolos Pauli maxime congruit; cum ipse plures regiones peragraret, atq̄
 in plura loca fuerit missus; imò totum pene orbem Christum predicando circumierit. So
 ninus etiam in Act. 13. affirmat, quod negari non debet, Paulum prius functum fuisse hoc
 tali munere, quam initiatus esset episcopus; nam cum primum baptizatus tinctus est,
 recessit in partem Arabię ad predicandum; quod in ea nouum non fuit, cum et ceteri Apos
 toli hinc fuerint missi ad predicandum antequam sacerdotes consecrarentur; siquidem ta
 cerna ultiima, et non prius consecrati sunt. Item Justinianus in illa 1. disp. (quam citauit
 paulo ante) in 10. cap. 3. confitetur Paulum, et Barnabam fuisse quidem multo ante
 Dei verbi præcones, sed tunc primum fuisse à Deo collegio Apostolico aggregatos, cum spiri
 tu sancto mandante à ceteris segregati sunt ad gentium prædicationem, et conuer

130.



Sancti
 man
 sine
 et de
 et Barne
 et qui
 D. Paulus
 Justinianus
 S. Bruno
 Cardus
 Tolotus
 Paulus
 Justinianus
 S. Bruno

tionem. quo etiam tempore auctoritate ecclesie imitari, et in eius equalem ordinem rela-
ti sunt, ut Apostolico munere rite fungerentur; nam prius à ceteris nihil differant dis-
cipulis; cum laicis forte numerabantur. Reliquæ sunt quatuor gemmæ, quibus diximus
ab spiritu sancto ditatos Apostolos. Has verò maxime in D. Paulo emittisse propter quod
quod magna ex parte eius testimonijs usi sumus, ut eis trivocemus alijs duodecim Ap-
tolis, quæ testimonia ipsi præcipue conveniunt, etiam palam fect ex his, quæ breviter hic
subijcimus.

131.

Nona itaq; gemma ex illo Rom. 8. 39. videtur aperte probare, quis nos separa-
bit à Charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum,
an persecutio, an gladius, sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die
estimati sumus sicut oves occisionis, sed in his omnibus (notanda Sæ) supera-
mus propter ^{eam} quæ dicitur nos. q. d. in omni certamine palmam reparavimus, quia
nobis patronus, advocatus q; adest spiritus Christi, deinde subiungit, Certus sum
enim quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq;
instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; crea-
tura alia poterit nos separare à Charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nos-
tro. Unde verò Sæ tanta certitudo, nisi ab eodem spiritu sancto revelata? quod ibi de-
dicere videtur Doctor Angelicus. ^{Affirmat autem D. Thom. ad V. 16. eundem c. 3. b. ad V. 38. ad.}
^{Hoc dicit Aplos in persona sui ipsius, & Aplos alios, quos}
^{siobnt confirmatis in grâ, itaq; mortaliter peccare nō poterat} ^{S. Thomas}
^{Dionysius}

Prog. 9.
Rom. 8. 39.
Confirmatio
in gratia Dei
V. 33

Tam verò quis non admiretur, stupeatq; Margaritæ Suis Divinum splendorem?
si attentè legat, percurratq; mente, atq; oculis illa epistola 2. ad Corinthios. 12. 12.
postrema capita, undecimum scilicet, atq; duodecimum. Numquid enim tanti pro
Christo labores? Tanta pro ecclesie Christi sollicitudo? Tantum pro fide propa-
ganda incendium charitatis? Tanta donorum sublimitas? Tanta gratiæ sufficien-
tia? non indicant? non clamant? non confirmant? conservatum sunt Apostoli,
atq; immunem redditum ab omni peccati macula? atq; omni ex parte à periculo
tectum, et circumvallatum? Annon illi semper, et in singulis occasionibus aderat
qui animabat, qui dicebat, sufficit tibi Paula gratia mea. Annon protegebat ab
hostibus, et quasi scuto coronabat, quæ habitabat in ipsa virtus Christi? An putas
quicquam ab eo ignoratum, ut per ignorantiam liberetur, qui raptus in tertium
cælum à Deo didicit arcana ad eam sacra, ut non liceret in vulgus proferre, ac ma-
nifesta facere? et dubitabis sine gratiæ affluentia, munimentoq; unde quæque
circumseptum, qui, ut Deum videret, in cælum sublatus est? qui ut Christi per uni-
versum orbem nomen portaret, vas est electus, et consecratus mirabiliter? qui
inter Christi ministros, tamquam solus addictus ministerio, nemini cedendum
arbitratur? qui nihil minus fuerat ab his, qui supra modum fuerunt Apostoli? qui
nihil minus fecit, ac præstitit à magnis Apostolis, Sine tu dubites, aut tanta, aut
maiori etiam fuisse gratiæ præmuniendum? siquidem pro muneris, et officij dig-
nitate solat ministros suos Deus gratiæ opibus augere, auxilijsq; ditare.

2. Corinth. 12. 12.
2. Cor. 12. 9
Protectio
vina
2. Cor. 12. 7
& 12. 11
2. Cor. 11.

132.

Decima gemma Pauli animum præstantissime decoratum, ea omnia, quæ su-
pra retulimus, manifestè conuincunt. si enim ceteros Apostolos omnium cha-
rismatum donis illustratos divinitus fuisse diximus, dubitari nulla ratione licet,
quin ijs omnibus excelluerit gratiæ ornamentis, quam non postremum quidem

Prog. 10.
Videretur
donum De-
i ornamentum.
posuit



posuit dominus equum glorie sue in bello contra aduersarios, quos dicitur Apostoli opera
 et ministeria suis decretum habebat pedibus subicere, atq; substernere. quid, quantum
 que virtutis, et potentie diuinitus exhiberet, et in illo. Signa, inquit, Apostolorum
mei facta sunt supra vos in omni patientia, in signis, et prodigijs, et virtutibus. Pa-
 tientia certe tam eximia abq; omnium virtutum excellentissimarum tam in orali
 vni, quam theologicarum prestantissimo Choro, esse non posset. Signa hic intelliguntur
 vel minora miracula, vel que presentia significatione sua testantur, prodigia
 vero maiora, admirabiliora q̄. sive que futura portendunt, atq; premonstrant.
Virtutes autem, nisi sit commune vocabulum, ad diuina illa, in quibus eximia vir-
 tus, id est, diuina potentia eminet, nisi metonymice causa ponatur pro effecta, ut no-
 tant Tenias supra ad Heb. 2. 9. poni crediderim propriis virtutum, sive theologicarum
 sive moralium actibus perfectis, ut comprehendantur etiam hic beatitudines, que ap-
 prebentur, et fructus Spiritus Sancti, quasi excellentissimarum actus virtutum. Hæc
 enim opera non minus, quam miracula sive signa, sive portenta, ac prodigia virum
 Apostolicum produunt, eiq; doctrinam, autamq; illustriant, et claram efficiunt. At
 verò, licet cum S. Thoma, et alijs interpretibus, hæc vocabula distinguere non alienum
 à ratione, neq; inutile iudicauerimus; tamen adeo similia sunt in significandis, ut pro
 synonymis ad augendam sententiam poni potuisse, non minus uero simile credamus.
 Porro miracula alia alijs maiora, vel minora dicuntur, non ad diuinam solum potentiam
 collata, per quam fiunt; ita enim omnia, et minima sunt, et nullius difficultatis; sed res
 prece creature, cuius potestatem, et virtutem magis, minusue superant.
 Quare, ut rectè S. Thomas, et refert Cardinalis Toletus, triplex est miraculorum
 differentia; nam quædam sunt, quorum efficientiam nulla nature creatæ vis po-
 test attingere, ut virginem parere claustrum inuolatum; egredi è sepulchro Christum la-
 pide immoto; ingredi ad discipulos ianuis clausis; alia quorum efficientiam attingere
 nature creatæ vis potest, non tamen in tali subiecto; ut vitam dare mortuis
 lumen cæcis; alia demum, que licet natura possit efficere, non tamen eo modo, quo fiunt,
 ut subita febrium ablatio, Leprosi mundatio, que perfecit citissime, solo verbo; di-
 uina Christi virtus, momentisq; temporis præstabat; maiora itaq; dicuntur miracu-
 la, que ad primum gradum pertinent, minora, que ad secundum, minima, que ad
 tertium, quatenus minus distant à potestate creature; sed omnia tamen dicuntur
miracula quatenus præter, vel supra, vel contra vires nature fiunt, et rara sunt, atq;
 insolita; signa, quatenus significant, vel testificantur aliquid; portenta, quatenus
 magnum quid, vel immane premonstrant; prodigia, quatenus minas, inimicæ diuinæ
 ostendunt; virtutes, quatenus virtutem maximam, et eximiam, scilicet, supernaturalem
 requirunt; monstra etiam dicuntur, quoties aliquid deforme, ac præter, vel contra na-
 turam fit ex defectu, vel excessu; ut Polyphemus unoculus, vel homo cum sex digitis, in
 quaui manu, vel cum duobus capitisibus comis. similiter dicitur ostentum, quod inuita-
 tatum est, et statim futurum quid ostendit, ut Comete, qui apparent. sed omnia supra
 dicta confusè pro eodem significato accipi solent; et ut patet ab eo, quod aliquid sig-
 nificent, vel ostendant, nominata sunt. Reliq;, que diximus, facile constat maius opus
 esse remissionem peccati, difficiliusq; quam mortui suscitationem; quia in primo gradu

133.



et omnino q̄ viri excedit naturę, licet miraculum non dicatur, quia hoc nomine tantum
appellantur, quę raro, et præter ordinem fiunt. Hęc diximus, ut loco Pauli ex 2. Corint̄s
12. Lucem afferremus, ex quibus similiter dilucet alter locus eiusdem Apostoli ad
Hebręos 2. 4. cuius supra meminimus in Decima Prorogata 8. in fine.

134

De caritate Sicuti Apostoli ardentissima, quę, ut ipse continuo exorabatur, sic
omnes mirum in modum incendebat, et conflagrare cogebat, si velim dicere, times
me profundo absorbeat Oceani immensi, unde, nec valido remigio, nec int̄ con-
cipiens fortior me (nec dum ego iam longa disputatione fractus), saluus egredi
vix queat. Illud dumtaxat tibi amice Lector perpendendum propono, quod ipse de
se eodem cap. 12. v. 14. 15. subiungit. Non enim quero (inquit) quę vestra sunt, sed
vos. Non enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis: ego au-
tem libentissimę impendam, et super impendam ipse pro animabus vestris, licet
plus vos diligens minus diligan. superseco ab explicatione huius loci, quia alibi
occurrat, nec verò in enumeratione rarum gemmarum longior esse velim.

Vnum hoc tamen attingere non prætermittam, in dicendo, et concionando ve-
neres minimę Paulo desuisse. Nam quid tertium cęlum, ad quod raptus est, ubi ve-
neris sydus adest, nisi veneres, hoc est, dicendi gratiam, Ignotem, venustatem q̄
influat. se tamen appellat ipse imperitum sermone, at non scientia, ut pote
cui curę non fuerint illę, quas pro delicijs Sabent seculares oratores, naniq̄, et
vanitates, dum summam, ut ij putant, eloquentiam, ut ego existimo, inanem lo-
quacitatem consecantur: magni autem faciebat ea, in quibus vis eloquendi, et
persuadendi ratio collocari maximę debet, res nimirum, et sententias, quę ver-
borum copiam ipsę pariunt; illa autem labiorum, et lingue, siue gratia, siue le-
pos, quibus auditorum deliniri aures solent, sermonesq̄ in corda facile influunt,
fuere, quis dubitet? in eo cęlestia, atq̄ diuina.

135

Undecima gemma, quasi propria D. Pauli esse videtur, qui non modo, nihil
minis fecit à magnis Apostolis. 2. Corint̄s. 11. 5. sed abundantius etiam illis omni-
bus laboravit. 1. Corint̄s. 15. 10. qui bonum certamen certavit, cursum consumavit,
fidem servavit. 2. Timot̄s. 4. 7. certamen, inquit, bonum, quia plenum difficul-
tatis, ac laboris, plenum sollicitudinis, et industrię, plenum honoris, et glorię tum
etiam, quia pro Dei, hoc est, fidei causa, atq̄ iustitia susceptum: ac secundum leges
à Summo agonosteta imperatore descriptas, præclare confectum. Hoc verò certa-
men non pugillatum, non luctam, non alio nomine, cursum proprię nuncupat,
ut quã diligentissimę in debellando soste positam, nauatamq̄ operam intelli-
gas. quę in re fidem seruans, et fidem se prestitit Deo, qui tantum eius sume-
ris negocium imposuerat, et prudentissimum, instar serpentis calidissimi, qui
caput Christianę religionis, hoc est, fidem cauda protegendam decreuit, dum
caducarum rerum, et corporis honorum iacturam maluit facere, quam cęles-
tium donorum præsigijs, ac votis, diuinisq̄ mandatis minus quã par erat,
satisfacere. Mandatum igitur illud, quo Act. 9. ad reges, et gentes Deo
men delaturus mittitur, minimę inane, sed efficax omnino futurum fuerat,
atq̄ ad eò ex reoribus, et gentibus vniuersis cum victoria redijt, expletis q̄ man-



Catis

Datis, in orbemq; principe orbis terrarum effuso sanguine Martyrij palmam adeptus est. Nempe gratia Dei in Paulo vacua non fuit. 1. Corinth. 15. 10. sed effectum sortita ~~est~~ suum; fideq; tandem vicit mundum. 1. Ioan. 3. 4. Cum autem Ap[osto]lus gentium fuisset designatus, operante sibi Christo inter gentes, sicut Petrus in Apostolatu circumcisionis. Galat. 2. 7. Hoc munus assumpsit gentium convertendi, et ad Christi vexilla perducendi. quo in munere exequendo, atq; præstare, quas non adiit regiones? quas ægna non peragravit? quas insulas non lustravit? quas maria, vel quas terras non petijt, atq; circumdedit? Assia circumita, uniuersa Græcia, Italia, Hispania, et cæteris Europæ partibus perlustratis usq; ad fines terræ, et columnas Herculeas, demq; Africam cum suis regionibus obiit, reuertusq; Hierosolimam, indeq; iterum Romam, ubi cum consorte Apostolatus Petro cursum vitæ tam laudabiliter peractæ euangelicæ semine spargenda, cum hostium turmis decertando, victorias illustres, palmæ inuictas reportando Martyrij, exemplum egregium Ecclesiæ toti relinquendo, tamquam abigendo consummavit.

Gemma duodecima, non minus debita Sui diuino Apostolo, qui tam certus erit decore, ut diceret. 2. Timoth. 4. 8. in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, id est, quæ legitimè in Christo stadio certantibus proposita fuit; quam et de manu mei imperatoris accipiam; quam reddet, ut debitum proximum, ille iustus iudex; qui suo neminem defraudat merito, aut orbatur præmio; id est, non solum autem mihi, sed omnibus ijs, qui cum suo officio recte functi fuerunt, non modo non metuunt, ut acerbum, sed potius ut suauem, atq; legitime plenum diligunt aduentum eius. Atque illa corona decoris, ac gloriæ, et diadema regni, atq; speciei, quod in capite nutilans, et splendens Suius sanctis simi, et inuictissimi athletæ, triumphum eius de mundo partum cum cæteris Apostolis in iudicio consistentis, et tribunal magni Dei, et Domini basu circumstantis omni præconio clariùs prædicabit; tunc impletum gaudet, quod futurum pollicebatur. Cum. 1. Corinth. 6. 3. aiebat; Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quam prærogatiuam etiam Sancto Barnabæ triuendiam censuit angelicus Doctor ibi dem.

Sed profectò typicus ille Salomonis thronus (de quo supra in gemma 4.) dum regiam Christi personam representat ad iudicandum orbem uniuersum consistentem, et duodecim Apostolos sub Leonum forma per sex gradus distributos oculos ponit. quid? ille, inquam, thronus num habet absq; mysterio duas alias Leonum effigies additas ad manum sedilis utramq; sustentandam? indicant illæ quidè quos non infimè notq; Apostolos, scilicet, Paulum, et Barnabam, numero sacro additos duodenario. Quos ne fortè minoris, aut meriti, aut dignitatis futuros fuisse putares, quam cæteros, non iam in ascensu, vel ad pedes collocatos, sed sub ipsis Christi brachijs, seu alio cernis esse suffixos et stantes.

Ad extremum non est obruendum importuno silentio illud tantoperè à Patribus celebratum D. Pauli schema, et Psalmi 67. 28. elogio, atq; triumpho insignius effectum, ubi sub nomine Benjamin præclara extat de Suius sancti

a. D. 136.



triumphatoris principatu mentio, ibi, inquit, nimirum in triumphali Christi pompa, cum mundo victo, et iudicato, celos inibit, et illa celsa palatia æternis conspectiva luminibus superabit. Beniamin non ille Iacobi Patriarchæ ultimo loco natus filius, sed ab eo originem trahens, sub eiusq; nomine adumbratus Paulus, Apostolorum nouissimus, minimusq; ut ipse de se fatetur, certè iunior ceteris, atque ad eò adulescentulus in mentis excessu, Græcè **Ὠργαστι** scilicet qui cum vocatus fuit à Christo proficiscens Damascum extasim passus est, qui etiam raptus est in tertium cælum. q. d. Beniamin et in antebò vel extasi, o raptus famoso: acclerit ibi non ultimus; quem deinde consequentur Principes Iuda, id est, Apostoli de tribu Iuda, Iacobus frater Domini, et Iudas Thadæus, filij etiam Iesæ dei Iacobus, et Ioannes primarij ducos eorum, qui in eo exercitu gloriose triumphum agent. Principes etiam Nabulon, et principes Neptalim. Hoc est, reliqui Apostoli ex Galilæa oriundi, qui ad Sæs tribus pertinebant. Posita Sic sunt Patriarcharum nomina, seu tribuum pro ijs, qui inde principium ducebant generis. sed cur D. Paulus primo nominatus est loco, nisi, ut eius excellentia, et dignitas inter magnos etiam Apostolos effulgeat, si qui dem ipse Petro potestate proximus, seu ferme equalis extitit. omne dicitur verbi gladius, illi cæli clauis pro stomate data, et viriq; simul idem Sonor ab ecclesia quotidie tribuitur, eademq; imagines vtriusq; tabula continet, tamquam, vel Romæ Dominos, vel æcumenicæ ecclesiæ principes, tutelares, et Patronos.

Triumphus
Cælum in
iudicio.

Beniamin
Pauli.

Pauli extasim
et raptus.

Patronimonia
mina

Dignitas Apo
stoli Pauli

Stomata
et Pauli

Petrus, et Paulus
et Romæ Dominos
et ecclesiæ principes.

THEORIA. 3.

De auctore Apostolatus Pauli, siue
de auctoritate ipsum ad Aposto-
licam dignitatem vocantis.

Textus.

V. I. Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum Patrem, qui suscitavit illum a mortuis.

Difficultas
propria

133.

De duabus vocibus prioribus huius versus satis iam multa dicta sunt antea, cum de nomine Pauli, & de Apostolica dignitate fuisset disputatum; pergamus igitur ad reliquas, que quam difficilem continent sententiam, quantum etiam implicatam natis, seu implicitam sensibus, apparebit ex varietate expositionum; que ad se inter se discedunt, atque discordant, ut si quis velit uniuersam hanc accipere, ac referre sigillatim, non ille lucem vera sententia, sed tenebras potius adhibeat. Oritur difficultas cum ex prepositionibus, & uarietas, et repetitis, tum ex uocabulo hominis, quo non idem utroque loco uidetur significatum. Interca aduersatiua particula pre se fore Iesum Christum Similem non esse, qui appellatione precedenti Similis comprehensus minime sit. Nec uero minus ambiguum est uideatur ille casus, ab hominibus, et ille per hominum, num ex nomine Apostolus? an ex aliquo subaudiendo participio? et quod nam hoc sit? uocatus ne? ut uult Emanuel sa, an electus? ut Anselmus. An uero missus seu delegatus? factus ordinatus ue? ut alij putauerunt auctores. Primarias ego quidem

Expositiones max. necessabo & quam probandam ma-
ximam auctoritate et ratione confirmabo. Verum
ut omnia clarius contineat, et crete atq; dilucide, quod
verius intelligatur, nonnulla praemittenda sunt.

139.

Primo statuen dum illud est, quod nullatenus in
dubium vocari potest, D. Paulum Apostolum ex
tenebris Iudaeae infidelitatis ad veritatis, et fidei euā-
gelica lucem per Christum Dominum mirandum
in modum vocatum; mox q; eodem imperante Domi-
no per Ananiam Presbyterum sacro tinctus baptismo,
atq; statim capite, cunctis stupentibus, Iesu nomen
extollere, ac publice praedicare, cum Damasco urbe cele-
bri, tum alijs in locis. quor. plurimas s. Lucas explicat
Act. 9. et ipse met. D. Paulus sic ad Gal. c. 2. v. 17.
Deinde transactis multis diebus, spiritu sancto iubente,
simul cum s. Barnaba segregatum ac miscum ad
gentes edocendas, ut constat Act. 13. 2. et 3. An vero sa-
cra fuit initiatus, consecratus q; episcopus a Cyis qui
Antiochia doctoribus, et episcopis, licet multi dubitent,
mihi tamen poni certum est, ac videtur colligi, nec obscure
inducere mihi. V. 3. ut quid enim ieiunant, orant, ma-
nus imponunt Barnaba & Paulo? Nisi ut episcopali
dignitate, quam secundum susceperant, ornati, in opus
succedant, ad quod spiritus sanctus iubet eos proficisci.
Hanc opinionem multo recentiores sequuntur in tte.
de sacramento ordinis, quam etiam probat Lorinus
nostri super locum Act. cit. ubi auctoritates recitat Do-
ctorum Cyrilli, et Leonis Papa, qui praecipui sunt
Suis recentia fautores. Auctor tamen scolastica Bisto-
ria refert quod supra tetigimus, nonnullis placuisse Iero-
solymsi eorum eos a Petro, Iacobo & Joanne fuisse conse-
cratos; ipse etiam forte ab spiritu sancto ex singulari
qui

Vocatio Pauli

Baptismus
Prodicatio

Act. 9.
Gal. 2. 17.

Act. 13. 3.
Episcopus
ordinatus

Act. 13. 3.

Lorinus.

Scholastica
Historia
natio.



privilegio suppletam ordinationem non putat incredibile.
 Secundo fuit opere precium vim calere, et emen-
 giam suam vocis Apostolus apprimè cognoscere. Est
 enim verbale nomen, cumq; non modo significationem
 sed etiam potestatem regendi casus habeat, quam no-
 men legatus, atq; adis non minus qd participium mis-
 sus exigat, admittit q, sicut verba passiva, casus cum
 suis prepositionibus. i. ablativum cum Ab. et accusa-
 tivum cum per, ut patet interdu presenti. Ex quo
 infero non fuisse sic d. Paulum locutum, proxime, et
 immediatè de sua, seu ad fidem vocationis, seu ad Apo-
 stolatum electione, multo q minus de sacerdotali, aut epi-
 scopali consecratione, ad de missione potius (quod affir-
 mat Chrysost.) atq; institutione muneris Ap. stitio, quam
 proprie, et directe hoc nomen Apostolus significat.
 apud sacros scriptores. quamq; de vocatione etiam, & elec-
 tione ad Apostolatam vera sit sua sententia, ut d. Pau-
 li elogium. Nam simul, atq; ad fidem, vocatus est ad
 Apostolatam: v. aq; electionis, & Apostolus factus; illico
 etiam capie Apostoli officio fungi, ut patet Act. 9. 3. 15.
 20. patet dum Chrysostomus consideraret Paulum, inquit,
à prima vocatione statim summum fastigium attingere.
Hic à prima statim vocatione ad summum ascendit fas-
tigium Chrysostomus sic. Porro hac vocatio, electio
 atq; miris non erit ab hominibus neq; per homi-
nem, sed per Jesum Christum de coelo clara Pau-
lum, sive saulum voci compellentem ante ingressum
eius in urbem Damascum facta est. Act. 9. illa
vero segregatio de miris, de qua Act. 13. similiter non
ab hominibus neq; per hominem, sed spiritu sancto ma-
dante extitit. quomodo non tam ad Sam. qd ad illam

140.

141

Speltis
nomen va
soli regis
casus cum
prepositio
nibus.

Dequamis
stans in sec-
mari.

Chrysostomus.
Apostoli pro
ria significatio.

Act. 9. 3. 15. 20.

Paulus subito
ad summi apicis
dei populi gremium.

Act. 9.
Act. 13. 2.



OPI

141

putauerim Apostolum respicere, dum dicit se non ab
 Sominibus, neq[ue] per Sominum, sed per Jesum xp[istu]m Apo-
 stolum. Fortassis enim Spiritus sanctus per unum
 aliquam ex h[is] profectis, qui Antiochia adorant mi-
 sionis imperium, dedit, intimaui q[uod] sicut dicta est 1 Cor. 16. 129.
 Tertio ponamus op[er]es quos ex Chrysostomo
 Hieronymo, et alijs Patribus coniectat, et in argumen-
 to epistola prenotatum est, neobscure nimis ex Pau-
 li. Verbis in ip[s]a epistola dicuntur colligitur, Certos nam-
 que Sominus vel ex iudeis, reuocet conuersos ad fidem
 suo num[er]o impulsos, vel ab iudeorum paucioribus conuersis
 conuertisse ad Galatas, apud eos q[ui]us primario antiqua
 legis celo, nec tamen secundum r[ati]onem, de Paulis
 quidam nomine ac dignitate detrahentes, eius q[ui]us cupien-
 tes auctoritatem minuire, obscurari, et opprimere, vari-
 os passion[um] spiritus diuinos, similitudinem q[ue] famam. Con-
 tra vulgo credi ceptum est, Paulum a quo fidem accepe-
 rant, atq[ue] dogmata Christiana didicerant, aut Apo-
 stolum non esse, sed nescio unde subito erupisse, aut certe
 minime a Christo missum, neq[ue] ad quodammodum Apo-
 stolorum pertinere, sed fortasse ab illis, seu aliquo illoru[m]
 subdelegatum: vel quod certius videretur Anania pres-
 biteri, a quo baptizatus fuit, vel eorum, qui Antiochie
 presbiterant, doctorum esse discipulum. Quare minus si-
 fidendum, qui contra legem a Deo per Moysen la-
 ta et ceterorum Apostolorum placita dissentanea doce-
 ret. Hoc de tanto Apostolo sane q[uod] indigna existi-
 matio maiorem in modum in fidei cause nocebat, et
 Galatis qui propterea ad Moysen a fide deficere ce-
 perant, iudaicos ritus simul cum Christiana religio-
 ne perperam committentes. quo circa admodum fuit necesse.
 §

his

quomodo
pseudopro-
phetarum de-
tractio qua-
rebat.

his quibus primis verbis, initio epistolae propositi, et pruden-
ter vellicare aduersarios, et ipsos tunc pulsare Galatas
in cuius Apostolatus admirationem rapere utrosque; ut
hinc maiori in honore haberent, maiori etiam cura
sollicitate exciperent, ac legerent epistolam, simul quae
inanem credulitatem cum falsa opinione deponerent,
ac donum cum pseudo magisteris, quos denuo illi intui-
serant, vanae ritus extirparent. sapienter ille quidem
qui vel uno verbo nouos Apostolos, imo deceptores an-
tiguos in odium vocat: deceptos vero Galatas in cuius ad-
miracionem rapit; atque fidei causam ad meliorem tra-
duit statum, dum se Christi, non. Somnium Apostolum
asserit, missumque, non per Somnum aliquum mortu-
um, sed per Deum in mortalem, profectum.

142.

Apostolorum
quatuor ge-
nera.

Quarto reuocanda est in memoriam illa particula
cuius Sic Hieronymus, Anselmus, alijque nuntiare Docto-
res. Mitti enim quempiam aut institui Apostolum posse
aiunt quatuor modis. Primo quidem a Deo, et nullo mo-
do ab Somnibus. Ut missus est Moyses. Isaac, Hiere-
mias, Joannes Baptista et alij multi prophetae. Deinde
a Deo, et Somnibus, seu per Somnum, ut Aaron, et Josue
a Deo per Moysen. s. Mattheus a Deo per Apostolos unde-
cim cum reliquo populo Christianorum congregatos insti-
tutus est, et factus de numero Apostolorum; tertio ab So-
mnibus, non tamen a Deo, quales fuerunt discipuli Phari-
saeorum cum Herodianis missi, ut caperent Iesum in ser-
uone. Item illi qui fuisse legati ab scribis et Phariseis ad
Iohannem, ut, an ipse Messias aduenisset, recitarentur. Quarto
neq. ab Somnibus, neq. a Deo, sed a se ipsis veniunt: cu-
iusmodi illi esse solent, qui se se ingerunt, et mentiuntur Apo-
stolos, quos fortasse imitari sunt illi, qui ad Galatas adire

A Deo immediati
Moyses.
Isaac.
Hieremias.
Joannes Bapt.

A Deo per somnum.
Aaron.
Josue.
Matthias.

Ab hominibus.
Discipuli phari-
saeorum.

A se ipsis.
Pseudo apostoli.

+ Ad hunc gradum
refertur, qui fano-
re hominum et san-
ctio ordinatur, et
testatur Hieronymus
hodie plurimum esse,
qui non Dei iudicio,
sed redempto favore
vulgi in sacerdotium
subrogantur.]



ut legis ritus, et ceremonias Moysaicas maderent. signi-
 dem qui intrat per ostium debet intrare, ad pastoralis
 curam suscipiendam. Et is per ostium intrat qui vocatus
 intrat, non qui irruit, se q. ingerit per foramina, et dis-
 sipatas sepes. Duo igitur priores modi mittendi legiti-
 mi sunt, duo q. velut portae, qua ecclesiastici servare minis-
 tris solent. Tertius ad saeculares magis spectat, quam ad ec-
 clesiasticos magistratus. Ad quem modum pertinere vi-
 dentur q. qui favore humano, et diligentia, atq. arte
 ad episcopatus alias q. dignitates sacras cupiunt promoveri.
 Ultimus non porta quidem, sed forum portuum seu latro-
 num foramen est. quo insidians satana pertrahit in vitia
 Christi pseudo Apostoli, ut dissipant, perdant, mutant, atq.
 sectarij, ut super bona doctrina semina haereticum zizaniam
 spargant, noctu irrumpunt in arua, et agros catholicae eccle-
 siae, dantes et pie et opitulante diabolo, ut non per os-
 tium, i. per Christum, sed aliunde, hoc est per secreta
 ostiola, ac per interrupta sepium ascendant. Vide autem
 divinam nostri Apostoli prudentiam, qui negat se per
 tertiam portam ingressum, dum se Apostolum asserit non ab
 hominibus, imo et per secundam, ideo asserit, neq. per ho-
 minem, sed nequis cum adversarij subijciat ingruentes
 quarum, i. foramina, ostiola, et sepium murum dirupiones;
 primam sibi ab ostiario passisse ingruere modeste q. fa-
 teretur per Jesum Christum, et Deum Patrem.

His praemissis facile opinor intelligi queunt Suis
 loci varia expositiones, et que propius ad veritatem ac-
 cedat diiudicari.

S. 150. per particulam Non ab hominibus excludi gu-
 tat omnes Apostolos, seu collegium eorum, per alteram neq.
 per hominem, unum aliquem Apostolorum. Ita Caiet. scrip.
 Ad huc magis coarctat s. Anselmus, qui per hominem
 solum

Joan. 10. 1. 2.

Ambrosius dicit
 inter ecclesiasticos
 per humanam
 industriam.

Sectarij qui
 faciunt.

Apostoli
 Pauli
 timet
 me q. d.

expositio
 nes vari

1. s. d. d.
 et Caiet.
 et scrip. d.

2. s. d. d.
 mi

143.
 [faint handwritten notes]



solum excludit humanam. Ad hunc per prius num-
brum auctoritatem humanam per posterius studium
ac favorem hominum extirminat. Audius eundem
videtur sequi, dum exponit non a hominibus a-
uctoritate, et assentione, sed Dei vocatione, et gratia. Erasmus,
non a hominibus, velut auctoribus, non per homi-
nes, velut commendantes, vel approbantes. Hanc exposi-
tionem sequatur est Iustinianus in paragrafo, Ubi in
commentario imitatus fuit Augustinum.

Parum ab his dissidet Antonius scaynus qui priori par-
ticulari Apostolorum, posteriori humanam auctoritatem excipi
vult. Dionysius Cartus prius exceptis credit hominibus viato-
ris, posterius hominem purum, certe parum congruis. Nec
Hugonis magis ad rem Hugo Card. prius hominem deum hu-
manum, i. de bona temporalia mittentes, deinde homi-
nem purum, fragilem, seu mortalium exceptis arbitratur
Primasius difficultatem videtur enodasse, cum per prius
numbrum humanam presumptionem, i. nisi humanam
auctoritatem, per posterius Apostolorum, i. habentes Dei a-
uctoritatem rejicit. Hanc rem esse expositionem Hiero-
nymy in Glo. or. est etiam Theodori. Eam sequitur
Titus Cardus, et Ubi. esse autem Augustini Paulo post os-
tendam.

Adverte itaq; prepositionem Ab iunctam ablativo ho-
minibus causam significare non solum efficientem, sed
precipuam (ut etiam annotat Com.) Per vero accuratio
hominem adiunctam instrumentalem quidem, adiuvan-
tem seu ministerialem innuere. Utraq; vero repellitur.
Illud igitur negat Paulus, quod ei adversarij nimis
audacter, nec iam impudenter ac temere opponebant, ut ipsi-
us minuerent auctoritatem, Apostolatus q. dignitatem
seu auctoritatem, minus quidem cum vel ab hominibus nullam

Adama
claudij
Erasmii
Iustinianum

4. scayni
5. di

6. Dionysii

7. Hugonis

8. Primasii

9. Hiero-
nymy. Glo-
ria
or. Theodo-
ri. et alio
2. qui probat

Ab ut Per, ip-
sum habeant.
Cornelium

146
241
144.



Dei auctoritatem habentibus, vulgiq; increbescente opi-
nionem, dum frequenter Apostolus nominatur, irrepsisse
ad Apostolatum; vel, si à Deo, quod vix conderent,
per Somnum certe missionem fuisse consequutum. Quare
minime esse Christi Apostolum, sicut alios ex sacro
numero duodenario; sed Anania discipulum, aucto-
ritati, aut abiectionem, qui illi ~~imposuerunt~~ manus. Hoc
inquam, negat divinus Apostolus; asserit autem se per
Jesus Christum excitatum à mortuis, et divina cum
maiestate, et gloria regnantem, simulq; per Deum Patrem
cuius ad dexteram regnat filius, Apostolum fuisse factum
Hoc est Apostolatus munere dignatam dignitate in-
signitum, ac nobilitatum. Itaq; non minorem, sed pa-
rem ceteris magnis Apostulis, auctoritatem à Deo si-
bi datam, et contulicam. Hoc est Christismi ex-
positio, dum ait, quod dicit. Non ab hominibus omni-
um erat commune (Apostolatum), siquidem euange-
lij predicatio originem, ac radicem ducebat è caelis. quod
addit. Neg per hominem ipsi proprium erat, imo viri
non ipsius tantum, sed ceterorum, Neg enim per homi-
nes vocat eos, sed per seipsum.]

Ut videas autem hanc esse mentem D. Pauli; audi
s. Augustinum, qui to. 4. l. unico super hanc ad Galat
epist. ita scribit, hanc expositionem explicans, et confir-
mans. Qui ab hominibus mittitur mendax est; qui
per hominem mittitur potest esse verax, quia et Deus ve-
rax potest per hominem mittere. Qui ergo neg ab ho-
minibus, neg per hominem, sed per Deum mittitur, ab
illo verax est, qui etiam per hominem missos veraces fa-
cit. Quos ergo Apostoli veraces, qui non ab homini-
bus, sed a Deo per hominem missi sunt, per Jesus Chris-
tum adhuc mortalem; verax etiam novissimus Apostolus,
qui

145.

141

Chryso

Augustin

qui per Iesum Christum totum iam Deum post resurrectio-
nem eius missus est. Præter sunt ceteri Apostoli per Chris-
tum ad sui ex parte hominem. i. mortalem, novissimus est
Paulus Apostolus per Christum iam totum Deum. i. om-
ni ex parte immortalem. sic ergo testimonij eius equalis
auctoritas in cuius honorem implet Clarificatio Domini, si
quid habet in se temporis minus. Ideo enim cum dixisset, et
Deum Patrem, addidit, qui suscitavit illum a mortuis, ut
etiam ex hoc modo huius iam Clarificatio missum se
esse commemoraret. Hæc duo. Qui acutè satis in illo mem-
bro, Neg per hominem, non solum Apostolos, alios q om-
nes Dei voluntarii, siue ministros, siue interpretes, sed
etiam Christum ipsum adhuc mortis conditionibus
subiectum, intellit q tamq hominem cum hominibus con-
tens, excludi licet enim Deus esse, verum per humanitatem
tamq verbi divini instrumentum coniunctum, eius q in-
terpretum actionum omnia operabatur, quæ ad nostram
salutem attinebant, Deus enim erat in Christo mun-
dum reconciliandi sibi, ut nos per testatur. Apostolus. sed
divinitas latebat, apparebat humanitas. Quocirca et in com-
muni sensu et filium hominis appellare conuenit.
Posse forte etiam explicari illa particula, per
hominem, non comprehenso sub appellatione hominis Chris-
to Iesu, quod videntur indicare auctores, qui ibi hominem
pulum, viatorum, mortalem intellexerunt: quorum ego inter-
pretationem, licet ut minus plenam, non admittam, tamen
in hoc facile sequar. quoniam sub communi nomenclatione
hominis non est cur velimus cum includere, qui ab alijs
hominibus tantu intervallo seorsus, ut etiam Deus sit,
et Dominus omnium hominum. Atqui non ea mens Pau-
li, ut negaret se per Christum missum, quod statim affir-
mat, sed nullam hominem, eius sua, siue à deo accepta aucto-
ritate fungentem ipse Paulo missionem denunciat. Hunc

Humanitas
instrumenti
Christi
Cor. 2. 19.

146.

141



vero sensum antithese indicat, que in Græcæ verbis
 illustris apparet; qua non singula singulis, sed fina finis
 opposita sunt, cum non ab hominibus, sed à Deo non
per hominem, sed per Jesum Christum, missus dicitur; qua
 et dixerit Paulus. Non me homines sua auctoritate, non
 me Deus per hominis ministerium, sed Deus ipse per se
 missus est. Patris, Verbum, & Spiritus sanctus me
 Apostolum creavit. Verbum, inquam, caro factum, sed
 cum iam glorificata humanitate. Vbi adverte, cum Theo-
 dorico præpositionem fin, que redditur Latine per loci pri-
 ori instrumentalem causam, posteriori vero per eipiam,
 atq; primariam significare. Neg enim Christum Sa-
 minum patrem in exequendo, sed Deo patri in effi-
 cendo facti equalem, cum eandem, & Jesu Christo, &
 Deo Patri præpositionem ex pulat; eandem q; attribuit v-
 triq; efficiendi rationem.

Adversativa etiam particula satis insinuat Christum
non hominem, sed Deum dici sicut vixit, dum ver-
 saretur cum hominibus, et si Deus, tamen hominis filium
 se frequenter nominabat; quia hominis similitudinem &
 habitum induerat, & per omnia hominum similem se
 monstrabat. Ita postquam ad caelum est sublatus, et
 ab hominum oculis recessit, se Deum vbiq; demonstrat,
 nec iam amplius, licet sit, filius hominis nuncupatur, ut
 appellatio Patris sit etiam congrua. Huc spectasse videtur
 Ambrosius cum sic ait Videtur Christum hominem
negare, ut opinionem excludat eorum, qui utrumq; iunctum
persuadebant, Christum non Deum, sed hominem exis-
timantes. Itaq; dicit non per hominem, sed per Jesum Chris-
tum, et Deum Patrem.]

Antithese
 oppositio
 finis
 Deus. i. Patris
 Pauli Apostoli
 creavit.
 Theodorico
 Sic. i. per
 equalitate
 indicat
 cum Patre
 Adversiva
 sed que
 potest
 Pri-
 hij
 no
 qu
 ep
 Bui
 car
 Syno-
 nyme
 Ca
 Chryso-
 stomi

Quærit quispiam, cur priori loco sit positus numerus
 multitudinis, et posteriori numerus sit tantum singula-
 ris expressus, non ab hominibus, neq; per hominem. Chryso-
 stomi



Item commentarius utraq[ue] in loco habet numerum plu-
 ralem. similiter habet Erasmus seholium. Titelmanus in
 paraphrasi sua. Suis est reddidit utrumq[ue] per singula-
 rem numerum. Itaq[ue] secundum hoc doctores nullum est
 in hac re discrimen. Arius Montanus videtur synodo-
 chem numerum calluisse. parum enim refert quo nume-
 ro exuncietur ad sensum Pauli, quem saltem explicavimus,
 sed cum delegata editio, correcte utineat in priori parte
 pluralem, in posteriori singularum, non absq[ue] causa cre-
 diderim id fuisse. Vult enim Divinus Paulus apud
 Galatas id notum fieri, se immediati a deo Aposto-
 lum factum, nullo q[ue] interveniente homine in ea dig-
 nitate constitutum. Pontifex quidem maximus multos a-
 se et perse creat, facit q[ue] episcopos in varijs Italiae lo-
 cis, et alibi etiam, sed in Hispania a Rege nomi-
 natos, seu electos, et designatos ipse perse, vel per
 alios, quibus id munus delegat, facit. Quippe cum pri-
 vilegio sedis Apostolice concessum iam esse fuerit His-
 pania, regibus, ut certis sui regni locis episcopos designa-
 ret, nominarent q[ue] quos tamen ipse inter Pontifex sum-
 mus suo consensu, & diplomate confirmaret, constabi-
 litur q[ue]. Deus itaq[ue] a se, et perse Paulum Aposto-
 lum instituit, non quidem ab hominibus perse, neq[ue]
 enim ab his eius institutio, aut missio pendet; neq[ue]
 a se per hominem, neminem quippe accessit, per quem
 vocaret, eligeret, mitteret Paulum, sed omnia ipse
 opus eius, insignis, ac singularis misericordia, & gratia
 fuit prestare perse, et are efficere voluit. Que dignitas
 est eximia Apostolatus. D. Pauli. singularum interpreta-
 tionem Caicani non probo. Qui ait, per Jesum Christum
 hominem, et decum patrem naturalem Jesu Christi.

Erasmus
Titelmanus

Arius Montanus

Apostolatus Pauli
immediati a Deo

Pontifex sum-
mi tota pote-
ste creandi
episcopos ubi
q[ue] gentium.

Privilegium
Hispania regi
nominandi,
qui creantur
episcopi.

Pauli Apostolatus
in no solus.

Caicani

+ Qui nullis Ap[osto]lor[um] in-
 ferior sit, nec ipsi Petro
 ut Hieronymus, ac Chry-
 sostomus annotant, et
 qua ratione intelligendi
 sicut ostendit Xist[us] Sen-
 Annot. 269. lib. 6. Bib.
 et supra nos de Clara
 vimus Prærog. 3.



non immutata a Deo, sed mediante homine Jesu Christo
Apostolum esse. Hæc profecto expositio operam contra posi-
tæ q̄. que diximus, præsertim ex Augustino supe-
rioribus quæ verò sit horum verborum genuinus sensus tam
iuxta dicimus.

THEORIA 4^a

Nonnullæ explicatio quæ hinc cula
super hæc verba reliqua VI. Per
Iesum Christum & Deum Patrem
qui suscitavit eum a mortuis.

143.

Primum quaeritur cur Deum Patrem hinc nominet
S. Paulus, cum q̄ simul cum Jesu Christo faciat sui Apo-
stolatus auctorem, & tamen nullam mentionem faciat spi-
ritus sancti, qui solus nominatus sit à Luca Act. 17.
auctori missioni huius? Deinde, cur cum Patre sit
prima in Trinitate persona post ponatur Jesu Chris-
ty, qui prius nominatus est? Preterea quibus ex cau-
sis Resurrectionis Christi mentio sua illata; & Pa-
tri potius q̄ ipsi filio Jesu Christo attributa? Obiter eni
videndum cur nomini Jesu adiungatur nomen Christi
& Patris nomen Dei.

1. Quis
2.
3.
4.
5.

149.

Ad hæc, ut ordine, quo qua-
sita sunt, respondeam, animadvertente breviter indicare
Paulum sui Apostolatus auctorem illo verbo Per
Iesum Christum, ut ex supra dictis Theoria præceden-
ti potest intelligi; verum, quod breviter, & implicite dictum
fuerat, explicatius, ut enuclearetur, addidit et. Et per
Deum Patrem &. Quare conjunctio et non tam copu-
lativa, quam exegerica est. Tria autem de Christo
Jesu vult hoc loco Apostolus à Galatis percipi, præter alia.
Nimirum, et Deum esse: (ideo æquat Deo, et Dei filium
ostendit)

Aut hoc Ap-
ostolus Paulus
modo signi-
ficatur.
Tria de
insinuat
notanda



ostendit, eodemq; modo de Jesu Christo, et Deo Patre lo-
 quitur, eandem vtriq; causalitatem, et efficientis rationem
 assignans; Et simul Somnemi propterea docet à mortuis
 suscitatum: qui enim reddidit ad vitam, prius mori debuit.
 mori autem ei. competeret, qui Somo est. Et denique post
 resurrectionem. i. iam cum Patre in gloria regnante
 Apostolatus gratiam Parolo prestiterit. Hinc tria alia
 collige, Unum ad Christi Sonorem, alterum ad Dei
 Patris dignitatem, tertium ad Pauli Apostolatum
 spectans. Primo ergo adverte quam argute, ac prudenter,
 vel uno ictu (uno scilicet verbo) bis acutus Pauli gladi-
 us duas Serues exciderit, alteram P. Sotini, & Ubronis, qui
 credidum esse Deum infutabantur, alteram Marciese-
 orum, qui ex abusu Somnemi esse negabant; qui inimò
 à mortuis resurgit Somo est. qui vero Deum Sabet na-
 turat. Patrem. Deus est. Imò de tertiam Arianaorum
 qui minorem filium Patris faciebant. Qui si eo argu-
 mento viti pergant, quod prius nominari solet pater, iam
 retrocedere possunt, cum prius sic nominatus sit Jesus xpus.
 Aliis ordo divinarum processionum in personis sacrae Tri-
 ados retinetur, sed sic Apostolo propositum fuit, ut Con-
 tum Dominum, eiusq; dignitatem, ut necesse est ma-
 xime efferret; siquidem maxime oportet apud homi-
 nes commendari, et exaltari, cuius in nomine spes-
 tet omnes salvi fieri. Et propterea externa ecclesia
 gubernatio propria Christi, qui eius est caput, cuiq; datus
 est omnis potestas in caelo, et in terra. Ideo cum de Pa-
 tre loquatur, Jesum xpus filium Deo Patri pronomi-
 nat. Non tamen ex eo licet inferre inaequalitatem
 personarum, quod una prius altera nominetur. Est
 enim una, eademq; et Patris, et filii divina natura, et

121

150.

153

154

151

Quia ad illud quod
 notandum est quod
 quodammodo
 et ploduntur
 haereses sunt:
 Phehni & Ubroni
 vna Marcieseori
 altera. Imò et
 ha Arianaori.
 Itaq; Christi ho-
 nor defenditur.
 1. corollarium.

Argumentum
 Arianaorum
 retorquetur.

Ecclesia externa quae
 gubernatio Christi propria.
 a Ephe. 1. 22.
 6. Mar. vlt. 13.

Quest. 2. satisf.
 Cur Christi
 pronomina
 sunt patri?



ipse filius dicitur et cum ait: ego et Pater unum sumus. a. 101-10
sed de hac re vide Chrysostomum.

151.

igitur ut prima questionum plane inest
vigas hoc attende, non quidem a Paulo Jesum Chris-
tum negari hominem, sed avari Deum; legationis q̄
et Apostolatus sui autorem dicit. At non solum per Je-
sum Christum Deum, sed per Deum Patrem etiam
se legatum affirmat. ut sine patet eam dem sibi a
Deo Patre, et filio ipsi conregnante, missionem
fuisse imperatam, cum communia sine tribus per-
sonis opera Trinitatis (ut Theologi dicunt) ad extra.

1^a quest. solutio
cur nominatus Pa-
ter et non spiritus

Trinitatis opera
indivisa.

Sed instat, cur spiritus sanctus pretermissus in nomina-
tis a Paulo. Verum respondetur potest eius gubernationem
ad interiora, et occultiora spectare, quare et alias preter-
mitti solet, nec nominari cum Christo & Patre, ut in
Mo. Hac et vita eterna ut cognoscatur te Deum Patrem
et quem misisti Jesum Christum. Nihilominus et hic
et illic subintelligendus est spiritus sanctus, sine quo Pa-
ter, & filius non sunt, cum sit utriusq̄ nexus & amor, ut
notavit D. Bernardus in Cant. Sapienter vero Chrysos-
tomus adnotat idem nomen attribui filio, quod constabat
factum ab spiritu sancto. Act. 13. ut sic indivisio actio-
num trium personarum innoveretur, et simul Galatarum
fides de Christi divinitate, que nutabat, constabileretur.

5^a est interioral
eclesie gubernatio
cur 5^a nominat
non est?
6. Jo. 17.3

spiritus sanctus necesse
est filij, et si non nec
necesse, tamen semper
intelligitur cum
Bernardus.

Chrysostomus.

Act. 13. 2.
indivisio actio-
num personarum

Unde liquet ait Chrysostomus eandem esse potesta-
tem filij & spiritus. Quum enim ab spiritu missus esset
a Christo se missum ait. Vide hic Chrysostomum.

Chrysostomus
Eadem Christi & s̄
potestas.

152.

Secundæ questionum patet iam solutio ex his
que modo diximus contra heresim Arianam, filio
enim tamq̄ capiti ecclesie, et gubernatori deferendus
fuit honor, ne minus existimaretur, quam patri: sicut
et

2. quest. solutio
explicatur

Christus caput ec-
clesie.
Christus non minus
Patri deferendus
na Ariano.



et Patri defertur cum dicitur Deus, et effectus Christi resurrectionis. sed illud debet notandum quam subtiliter causis sic locutus s. Apostolus, cum vocem Deum cum sequente Patrem coniunxit. si enim dixisset per Jesum Christum & Deum, ibi resisteret. minime ferrent aduersarij tam aperti Jesum appellari Deum, turbas q. & tragedias scirent, epistolam q. legi non paterentur. Idcirco prudentia quidem addidit, patrem qui suscitauit deum sic enim sermonem temperauit, ut firmaret imbecillium fidem, & vitans incommodum causam prouideret dea, aut de Christo Domino minus honorari loquendi.

Secundum, ac tertium, quod colligi debet, pertinet ad causas propter quas sic s. Paulus memoriam fecit resurrectionis, quibus explicatis tertiae questionis satis factum erit. sunt autem ille quidem quatuor potissime. Prima sumitur a dignitate Dei Patris, cui tribuuntur opera omnipotentia, qualis est Resurrectio. 2^a a dignitate Christi, qui per Resurrectionem declaratus est Regum Rex, & Dominantium Dominus. 3^a a D. Pauli honore, cui accedit maximus ex circumstantia temporis, quo Apostolatum imit. 4. a Galatarum fide, quae resurrectionis Domini & facta memoria confirmanda, & roboranda fuit. Haec ratio est Chrysostomi, sic autem procedens. 3^a Augustini. nam 1. v. 2. indicantur a Lombardo. Theoria 4. Pars secunda. §. 1. Resurrectio Christi opus dei.

153.

154.

Verum Sai, ne quid desideres, amplius & latius explicanda. Praemittit id, quod in dubium non cadit Resurrectionem, uti reliqua opera ^{dei} extra Deum facta, esse effectum Dei in tribus subsistentiis personis, atq. a deo communem Patri, & filij & spiritus sancti. Propterea enim a Theologis dicitur, opera Trinitatis ad extra.

2. & 3. corollarij designat Patri & Pauli Apo. s. h. l. m. Causa quatuor ob quas mentio facta hinc Resurrectionis unde quest. 7. soluitur.

Suppositum Opera ad extra Communia tribus personis, sic & Xⁱ Resurrectio.



28
184

esse indubitabile. Hinc et, ut frequenter in scriptura sacra
 dicatur. Christum suscitatum a Deo, nulla sigillatim
expressa perenna, ut Act. 2. 24. Auctorem vite inter-
fecistis (ait ad Judaeos Petrus) quem Deus suscitavit a
mortuis. Et c. 5. 30. Deus patrum nostrorum suscitavit
Jesus, quem vos interemistis. Et c. 10. 40. Hunc Deus sus-
citavit tertia die. Et dedit eum manifestum fieri non
omni populo, sed testibus praedictis a Deo. Act. 17. 30.
31. Et tempora quidem. Huius ignorantia dispiciens
Deus nunc annunciat hominibus, ut omnes peniten-
tiam agant, et constituit diem, in quo iudicaturus est
orbem in equitate, in viro, in quo stetit, fidem praebens
omnibus, suscitans eum a mortuis. Et c. 1. Cor. 6. 14. Deus
verum & Dominum suscitavit, & non suscitabit per virtutem

Resurrectio xpi
Deo tribuitur nulli
nominata personae
Act. 3. 15.

Act. 10. 40.

Act. 17. 30. 31.

1. Cor. 6. 14.

Congruenter ad hoc scripturae sacrae locum interpretan-
 tur nonnulli applicat & per sedentem in throno repre-
 sentari Deum unum & trinum. Quare ex hoc sermo
 refert Virga per tres colores lapidi, sardij, & smar-
 ragdi, tres divinas personas innuasi. Similiter et-
 am Tolletus super Joa. 12. existimat illam speciem,
 quam vidit Isaias. c. 6. representari tres divinas per-
 sonas in una essentia, velut angeli suo illo trica-
 gio, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus &c. in-
 dicarunt. Eundem vero Deum, siue eandem Dei ima-
 ginem apparuisse, & trais & Joanni, satis videri simile.

in throno
4. & Isa. 6.
significatio
Dei Trinitatis
Joachimus Abbas
Virgas
lapide sardio &
smaragdo trinitatis
per pedes catenam
Tolletus
Joan. 12. 14.
Isa. 6.

155.

Illud etiam praemittendum, quod contra docet fides,
 Christum Dominum sua propria virtute excitatum
 a mortuis surrexisse. Ut ipse Met ante mortem
 suam se facturum indicavit. Joa. 2. 19, cum dixit.

Suppositum
Christus sua virtute
surrexit a mortuis
Joa. 2. 19.



solui

Soluite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.
quod aliter a iudeis intellectum declaravit euangeli-
sta subdens. Ille autem dicebat de templo corporis sui.

Joan. 10. 17.

Et Joa. 10. 17. ego, inquit, pono animam meam (mori-
enda) ut iterum sumam eam (resurgenda) Nemo tolle
eam a me (nolente, vi illata, vel ignorante, fraude facta)
sed ego pono eam a me ipso (sciens, et volens) et potestatem
habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.

Chrysostomus
in Joa. 10.

His testimonijs prolatis hereticos arguit insanis Chry-
sostomus, delirare convincit, addit q. Itaque qui credebat in
eam, ad sui mortales, ex umbra solum luxurum corpo-
rum, que querebant, et vestibus horum corporibus admotis
excitabant mortuos, et ipse seipsum excitare non potuit?

hoc loco dicitur

An non haec evidenti est insaniam, vehementem q. deliratio?

+ Alludit vero Chrysosto-
mus ad umbram dicitur.
Act. 9. 15.

Augustinus
in Joa. 10. 50

+ Augustinus etiam insultans iudeis cogitantibus
iterum Labarum interficere, sic ait o stulta cogitatio, et
ceca sententia! Dominus Christus, qui suscitare potuit mor-
tuum, non poterit occidit? quando Labaro interficetis
necem, num quid auferetis Domino potestatem? si
alius videtur vobis mortuus, aliud occidit, ecce domi-
nus utrumq. fecit, et Labarum mortuum, et seipsum
suscitavit occidit.

Declarum vero est illud Legit David vaticinium
Ps. 3. 6. ego dormivi, inquit in persona Christi salvatoris
mortui) et soporatus sum, et exurrexi; quoniam domi-
nus suscepit me. in ortum suam Christus Jesus somnum
appellat, quia et genuit, et in vigiliam, hoc est in resur-
rectionem transitura, seu vestitura; tum quia liber et spon-
tanei, illi se obtulit, liberq. in ipis erat infans, quem
matris vincula non tenebant. soporem dicit quietem tri-
um dierum, et recumbentem, quam mansit in sepulchro.

156.

Ps. 3. 6.

Mors Christi cur som-
nus, soporq. dicatur.



exurrexi, inquit, non aliena, sed propria virtute. Unde sequitur, quoniam Dominus suscepit me, in quo indicat hypostaticam unionem^a per quam verbum divinum suscepit in unitatem personae divinae naturam humanam. Resurrectio quippe ex hac radice divinitatis exitit: sicut ex humanitatis imbecillitate gignit. Unde ait, Apollolus. 2. Cor. 5. 6. et si crucifixus est ex infirmitate, tamen vivit ex virtute Dei. i. sua, quia Deus erat, et homo.

^a Pater, qui ita respondit refert Corin. in Dr. 3.

2. Corin. 5. 4.

157.

Consonat huic loco ille alter Gen. 49. Capitulus Leonis Juda, ad praedam filii mi ascendisti, requiescenti accubisti ut leo, & quasi leonae, quis succitabit cum? Christus Dominus leo de Tribu Juda intrepidus ascendit in montem, subiit crucem, ut eius aucupio homines ab se traheret, venarenturque; mansit in sepulchro, quasi leo dormiens apertis faucibus divinitatis, & secum requiescent, anima vero ad inferiora terrae. i. in limbum descendit, ut inde praedam abduceret, captivamque educeret captivitatem. Dum vero sic leo dormit, et requiescit, quis poterit eum a somno excitare, seu quiescentem illum impellere? Nemo certe, sed ipse se sua, cum volet, virtute atque potentia excitabit, & resurget. Huc videtur respexisse sponsus cum dormientem sponsam inter ipsius brachia praesideret, ne quis, donec ipsa velit, a somno, & dubio sopore exiret. Cant. 8. 3. 4. Leva eius, inquit sponsa, sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. praesideret subdit sponsus. Adiuvo vos filii Ierusalem, ne succitatis dilectam, neve excipere faciatis, donec ipsa velit. Cui antequam emitteret spiritum, iam iam emissurus, recipit vires, et instar Leonis rugientis magna voce clamavit Pater in manus tuas commendo spiritum meum, et mox spiravit. requiescit certe inter sponsi Dei brachia, et tandem dormiunt mortis somno.

Gen. 49. 9.

Christus Leo de tribu Iuda

Christus sponso sponsa

Cant. 8. 3. 4.

Christus moriens vires ostendit.



somnum, quoadiu voluit, i. triduo. Leua igitur eterni uer-
bi corruicabilis in ita multo corpore in sepulchro iacenti fi-
it. Dexter uero omnipotens animam complexa est desce-
dentem ad infirma caerum loca. Itaq; quemadmodum gre-
gius imperator educens aduersus Sossem gladium in uagina,
hanc sinistra, illum dextera retinet; sic Dei filius triduo
morti rua, dum anima a corpore separata erat, nec cor-
pus deseruit, nec animam, (quod emin semel assumpsit
numquam dimisit, (ut theologi uiri predicant), sed cor-
pus a corruptione immune seruauit, dum iaceret in sepulchro,
et animam gubernauit, dum Sossem in figam mittit, pro-
fligat, debellat, hostilia castra diripit, & ex uuijs plena
redit ad uicam.

Similindio apta
Dicitur in triduo
nec corpus, nec ani-
mam dereliquit.

Supra dictis conuenit Ambrosius lib. de fide desur. cum
ex eo probat in inferno Christum fuisse liberum, quia se
ipsum poterat resuscitare. Et si recordamur Sossem inquit,
mortuus est, in ipso caerum erat liber inferni. Uir sci-
re q; liber? Factus sum sicut Sossem sine adiutorio inter
mortuos liber. Is. 37.5.6. Bene liber, qui se poterat resuscitare
iu sta quod scriptum est. soluite hoc templum, & in triduo
resuscitabo illud. Et bene liber qui alios descendens redie
ritus. Hac Ambrosius qui illud probat sicut Sossem, non
de specie, sed de uicitate nature intelligit, & sine
adiutorio liberum dicit, quod adiutor non requirit ad
redemptionis opus per faciendum. Bellarminus hunc lo-
cum probat aliter dispungit, et explicat, uicilominus
magis fauet huic Ambrosij expositioni, q; ceteri au-
tores, quos uidi, circa uocem liber. Sic enim Christus,
Ego, qui inter mortuos, i. in mortujs subiectos potestati, solus
liber sum, estimatus sum a iudejs, sicut Sossem, sine adiutorio,
infirmus et imbecillus, sicut cetera turbam mortalium. Quoniam

Ambrosius
Christus inter mortuos
liber.
Is. 37. 5. 6.
Joan. 2. 19.
Bellarminus
Christus a iudejs quasi
homo sine adiutorio
estimatus.

153.



addit à peccatis liber, adde tu etiam à vinculis mortis, seu inferni doloribus, cum D. Petro. Act. 2. 24. solutus enim et liber. *(Sicut Ambrosius)* ac veluti triumphator, et Dominus in locis inferni fuit Christus, unde viutos soluit, secum *(Sicut)* Letitia, & gloria cumulator eduxit.

Reinerus.
Act. 2. 24.

159.

Rem sane, si quis alius, luculentos explicuit Magnus Leo cum. 1. de Resur. Resurrectio, inquit, saluatoris nec animam in inferno, nec carnem diu mortuam est in sepulchro, & tam velox incorrupta carnis vivificatio fuit, ut maior ibi esset soporis similitudo, q̄ mortis. Quoniam *(Sicut)* que ab utraque suscepti Somnii substantia non recurit, quod potestate diuisit, potestate coniunxit.

Leo Magnus

Ad Sam. inquit. ad Epictetum, ita etiam exponit. Cuius ipsum mortalis natura supra naturam suam per uerbum, quod in ipso erat resurrexit, et desit à sua naturali corruptibilitate, & in deo uero, quod supra Somnum erat, uerbo, incorruptibile reditum est.

At Saragum

160.

^{3. Resurrectio Christi opus Patris.}
Hic permissi, que ut videtur. Catholica fides tenet restat videndum, cur Patri hic attributa sit Christi resurrectio, cum dicitur, qui suscitauit eum à mortuis. Ad hac questione facile se expediat Chrysostomus: sic inquit, illum excitare dicitur Pater, quem admodum, et alia facere dicitur, que facit filius: si quidem hoc, partim Sonnois gratia, qui patri debetur, dicitur est, partim ob auditorum imbecillitatem. Hæc Chrysostomus. quem ceteri sequuntur Greci. Theodoretus, Theophylactus, Occumenius. Hoc itaq, dicunt, cum mentes Galatarum adhue essent tenebre, & imbecilles in Christi cognitione, præsertim dum ab impijs iudeis reduebantur, apud quos nonnullis Christi nomen laborabat imbecillia, ita caute loquitur, ut que propria sunt diuine potentie, non tam Christo, quam Patri Deo videatur applicare, licet tunc, et quasi per insinuationem ipsi

Quæsti. 4. Solut.

Chrysostomus
Theodoretus
Theophylactus
Occumenius

Patri debetur, & imbecillitas Galatarum insinuat.



ipsi etiam Christo applicet, et attribuat. quam rationem lo-
 quendi ipse Dominus Iesus Christus servavit in evangelij, de
 quocumq; ipse miracula faceret, quocumq; loqueretur, et ex
 virtute divinitatis operaretur, Patri attribuit. Unde sunt
 illa Jo. 14. 10. Pater autem in me manens ipse facit opera. et
 Jo. 10. 25. opera que ego facio in nomine Patris mei, ipsa testi-
monium perhibent de me. et Jo. 6. 44. Nemo potest venire
ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. et Jo. 14. 6.
Nemo venit ad Patrem nisi per me. Deniq; quotiescumq;
 de divinitate, seu de Deo loquitur, Patrem nominat. ut Jo.
 8. 54. est Pater, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus
vester est. vide Jo. 5. ubi probat se Christum Dei filium ex
 eo, quod eadem sit, et sua, et Patris operatio. Itaq; conclu-
 dit. quocumq; enim ille (i. Pater) facit, haec et filius
similiter facit. similiter inquit i. eadem virtute, et ma-
 iestate: significat enim haec particula non modo coniunctio-
 nem, sed aequalitatem, ut cum patribus sibi amovet. Card.
 Sol. ita fecim, que agunt ad totam Trinitatem. Pater-
 nis Patris dat. Jo. 14. 31. sed ut cognoscat mundus, quia
 diligo Patrem, et sicut mandatum habet. Nisi Pater
sic facio. Est igitur sic modus loquendi frequentissimus
 in Christo, et imitatur cum Apostoli, et scriptores sacri.
 Hoc autem dicit Cyrillus supra, honori gratia fieri
ut scilicet Patri debitas honori daretur, ut patre qui prima
sit in Trinitate persona, et ceterarum principium, et ori-
go, non quod ceteris personis aliquid detradatur, aut mi-
nus debeat, sed quod nomen Patris videatur sane pre-
se ferre aut sostentem. Alia enim et ceteris personis, que-
 dam etiam attribuitur certis de causis, que similiter om-
 nibus sunt communia.

Christus sua divi-
na opera Patri at-
tribuit.

Joan. 14. 10.

Joan. 10. 25.

Joan. 6. 44.

Joan. 14. 6.

Joan. 8. 54.

Joan. 5. 19. 20.

Volunt Cardinalis.

Joan. 14. 31.

Pater nomen vult
se ferre aut sostentem.

non igitur...
Pater...
28. 34...
Dicitur...



virtutum, et potentiam diuinam iure optimo dicitur suscitatus à Deo Patre non solum hoc loco, sed et alibi, quos omnes refert Alcazar Apoc. 4. coniungens non minus. 24. Locos quibus Deus Pater dicitur suscitasse Christum, sed nonnulli locum à nobis superius sunt allati, in quibus aperta Patris mentio non fit, quibus probari diximus resurrectionem Christi opus esse Dei inuicem personis subsistentis. Alij vero sunt, in quibus, vel expressi, vel tacite Pater intelligitur, aut nominatur, ut Act. 2. 32. Hunc Iesum resuscitauit Deus, et mox in fove, dextera igitur Dei exaltatus, et promissionem spiritus sancti accepta à Patre effudit super quem vos videtis, et auditis. Vbi quem appellaturus Deum iterum Patrem Christi dicit et c. 9. 26. vobis, inquit, primum Deus suscitans filium (promissionem) Deus adimpleuit filiis nostris resuscitans Iesum, sicut et in Ps. 2. 7. scriptum est: Filius meus es tu ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eum à mortuis amplius iam non reuertitur in corruptionem ita dixit. quia dabo vobis sancta David fidelia. Genuit ex semine Pauli (ut apparet) idem valet atq. suscitauit te. Et omnino suscitatio, quasi generatio iterata, sed cum idioma hebreorum caret composito, simpliciter verbo vixit est propheta quem citat Paulus. sancta David fidelia dicit vulg. apud Isai. 55. 3. Misericordias David fidelis. Et explicatio promissionis. et Rom. 8. 11. quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum amorem] hic dum dicit spiritum eius tacite innuit Patrem, qui producit spiritum sanctum per filium. et Eph. 1. 20. secundum operationum potentie virtutis eius. quam operatus est in Christo suscitans eum à mortuis, et constituit eum ad dexteram summis celi, nisi Dei Patris. et 1. Pet. 1. 20. semine Deo vivo, et vero, et expectare filium eius de caelis, quem suscitauit ex

Christus suscitatus à Patre iure optimo dicitur.

Alcazar Apoc. 4.

Act. 2. 32.

Act. 3. 26.

Ps. 2. 7.

gignere pro iterum gerere et atq. adeo pro suscitare.

Promissiones filii Isai. 55. 3.

Rom. 8. 11.

Eph. 1. 20.

1. Thes. 1. 10.

* suum intelligitur = Pater. sic et c. 13. 33. 34. cum dixisset, Quoniam hanc

101



mos

Cap. 2. Theoria. 4. de causa. t. qua hic incensio fiat resurrectionis

mortui jesum ex his omnibus locis manifestum est
Deo Patri suscitacionem Christi attribui, veluti opus poten-
tie, quod Patri datus articulo primo fidei in symbolo
Apostolico dum dicimus. Credo in Deum Patrem omni-
potentem, et in pluribus scripturæ sacrae locis, ut ex supra
positis satis constat.

Hoc quod dicimus admirabili symbolo confirmatum
St. Apo. 4. Vbi Deus Pater visus à Joanne proponitur
in throno sedens, indutus quidem ex duplii colore. sardij
nimirum, et jaspidis, que gemma symbola sunt crea-
tionis mundi, & resurrectioni Christi. ut patet ex
Apo. 21. vbi jaspis primum fidei articulum significat,
et sardius sextum, sic autem resurrectionem Christi
ille vera creationem mundi continet, ut prædare expli-
cavit Alcazar ibidem. Hæc verò primaria sunt, et præ-
tantissima opera Divinae potentia, quod ut dicimus
Patri æterni proprium est attributum, atq; adeo ex his
coloribus, ut proprijs notis insignitus, atq; ornatus appa-
ret in propria sede, hoc est in ecclesia Christiana atq;
Catholica, seu in justis cuiusq; animis (quod idem est) ut
et Ps. 92. praevidit regni prælati, cum ait: Domine
regnavit decorum induit est. at quis iste decorus induit
est Dominus fortitudinem. potentiam quam sardij et
jaspidis coloribus, i. creationis mundi, & resurrectioni eius-
dem per Christi gloriosam resurrectionem mirabilia ope-
ra indicant. Et mox subditum Pavani sedes tua ex-
tende à saeculo tu es. Alia sunt præterea indicia, ex
quibus citato loco Apo. 4. sic Pater, qui sedet in thro-
no, ut allusio, que fit ad sedem Dei super altus. Scru-
bin supra arcam testamenti, & propitiatorij; et quod Chris-
tus. Dei filius factus homo sub figura agni proponatur

162.

Opera potentia
Patri tribuuntur.

Dei Patris symboli.
Apo. 4.

Apo. 21.
Jaspis creationis mundi,
Sardius resurrectioni
Christi significant.

Alcazar.

Patri attributum
potentia.

Sedes Dei Patris
ecclesia Christiana.

Ps. 92. 1.

Patri induti
hinc, fortitudo, co-
lore jaspidis, &
sardij indicantur.

Sedes Dei super
altus cherubin.

Christus sub fi-
gura agni.



cap. 5. sequenti accedens ad thronum accipitur librum
 de manu Patris: sed de his qui volent conuolui. Da. Piri-
 mum Patrem ludouicum MaBar, qui plene satis facies
 occurrentibus obicit. Nam ad 1. causam explicandam
 Cur meminerit Paulus resurrectionis in hac salu-
 tatione satis, imo plus satis fortasse dictum est, non est q̄
 perspicua et enodata questiuncula tertia posterior pars
 Cur nempe Patri et non filio tributa sit hoc loco do-
 minica resurrectio. Ad alias causas exponendas ne-
 cesse est properemus, sed, ne radio sit continuata disputa-
 tio, aliam sine Theoriam ineuimus.

THEORIA 5.

In qua satis fit reliquis quesitis in superio-
 ri Theoria, et tunc alia causa declarantur
 cur mentio facta sit Resurrectionis.

163.

Secunda causa cur D. Paulus resurrectionis my-
 sterium salutatione huius interuenit ad Ierusalimi do-
 mini dignitatem, aut auctoritatem q̄ spectat. Nam
 per Resurrectionem Christus (s. Rex) declaratur à Pa-
 tre et Dominus Iesus, ut ipse asseruit cum dixit Mar-
 28. Datus est mihi omnis potestas in coelo et in terra.
 quod antea fuerat per Davidis uaticinium predictum.
 Ps. 2. Ego autem (ait Christus) constitutus sum
rex ab eo super sion montem sanctum eius, predicans
preceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu
Ego hodie genui te. Posui a me, et dabo tibi gentes,
hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.]
 Huius autem locum de resurrectione interpretatus est D.

Paulus Act. 13. 33. Pro constitutus sum Heb. כִּסְרִי נִשְׂאֲלִי Act. 13. 33.
 Lut. B.

30
Cuthymus
Belarminus.

Melchisedech typus
Christi quomodo.

Predicatio sacer
doti competet. Ideo
hic datur Christo
qui rex, & sacerdos.
Flaminus.

Hebra. 1. 5.

Idem locus scripturae
plures sententias literales
habere potest.

Primogenitus est
Christus quomodo?

Col. 1. 18.

Apo. 1. 5.

Postulo quam vim
habet?

Christo unde ius
regni?

Quis inunctus sum. Cellar. ordinatus sum. ordina-
tionem unitione fit. unde alluditur ad Christi nomen.
pro rex Heb. מלכי Malki. In quo Genebrardus autu-
mat in dimidiato nomine adducum a Melchisedech, qui
Christi fuit typus in reyno, & sacerdotio. unde datur Sui regi
predicatio, tamq[ue] sacerdoti. ^{quare} pro predicam[us] preceptum.
Flam. virtus, narrato decretum. i. preceptum Patris de regno
filij per totum orbem propagando. Illud. Hodie genui de
Resurrectionis die intelligendum; licet ad diem eternitatis
etiam valeat applicari, cum eodem d. Paulo Heb. 1. 5. imo li-
beria ad diem natiuitatis Christi temporalom ex virgine
applicuit. Ut sine videas ex vno loco scripturae sacre variis
sensus litterales, nec inter se repugnantes erui posse. Ex
hoc vero, quod Pater dicitur per resurrectionem genuisse
filium suum secundum humanitatem, idem filius Dei
quatenus homo videtur est a s. Paulo Primogenitus ex
mortuis Col. 1. 18. At q[ui] ut constat ipso die Resurrectio-
nis regem inunctum, addit s. Paulus, ut sit in omni-
b[us] ipse primatum tenens. et prius. Et ipse est caput cor-
poris ecclesie, qui est principium. quod clarius expressit
Apo. 1. 5. Joannes cum ait, A Jesu Christo, qui est testis
fidelis primogenitus mortuorum, et princeps regum terrae.
que verba conveniunt cum ijs, que sequuntur in Ps. Pos-
tula a me. Et. Reges erunt tuae. Postulandi verbum. iuxta di-
cum est, siue forence, & indicat Postulata ex iure debita
Hij. Domini demanda, i te dare lo que de deo es te conue-
ne, que et seroio detoda las gentes, iposession vni-
uersat de todo el mundo.

Si querat, quo nomine, vel iure debitum fuerit Chris-
to Domino Regnum Soc, & uniuersi orbis potestas, ac domi-
natio. Respondeo saceruater, quia Dei filius est, hoc enim

164.

165.



significat. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Inde enim inferunt. Postula a me dicitur quod si ve explicatum est per Resurrectionem dicitur generatus, et primogenitus inter mortuos, conbat, ut Summi, datam ei Regni huius possessionem; tamq[ua]m homo nunc resurrexit a mortuis.

Christi An. ut legitur, dicitur
y. h. h. regna.

Christo ut Summi
data possessio regni

Quod videtur confirmari ex illo Psal. 2. Propter quod. quia humiliavit semetipsum factus obediens usq[ue] ad mortem dicitur et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genus flectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est dei Patris. q. d. ipse obediens Deo Patri ignominiosissime morti cruciatus subijt, ac Deus Pater ei vitam restituit, et quasi de novo tribuens, seu de novo gignens, omnes simul ius regni, potestatem q[ue] iterum contulit, itaq[ue] manifestari in mundo voluit, ut nemo ignoret, omnes sciant, et recognoscant filium summo honoris, et gloria regni donatum a Patre.

Philip. 2. 9.

185.

Contra huius loco ille alter Hebr. 2. cum autem, qui modico quam angelis minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, q. d. videmus Jesum honorifica, et gloriosa corona regni per resurrectionem a mortuis, et assumptionem ad dexteram Patris insignitum, ac decoratum; ut patet qui in natura, quam minoratus est, atq[ue] infra angelos effectus, (cum in divina dignitate non potest pati) cruciatus acerrimis mortis passus est, non pro sui peccatis, que nulla habuit, sed pro omnibus hominibus, quos (que Dei immensa gratia fuit) sua

Heb. 2. 16. 8.

+01



morte redimit, et ab omni peccato liberavit. Qui ita
 q. omnis a morte saluus reddidit, iure omnium rex
 constitui debuit, omniumq. dominus declarari. (Act. 230.)
 imo Rex regum, et Dominus dominantium. quod
 inscriptio in fano eius insculpta apparet Apo. 19
 Locus autem iste ex 2. Flab. petrus est a Paulo ex 2. 8
 ubi ait David. quid est Somo, quod memor es eius, aut filius
Somni, quoniam vivisti cum i. minui ti cum paulo minus ab
angelis, gloria, et honore coronasti eum, et constituisti eum super
opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Haec
 videntur ad litteram velle de homine, cui in sua creatione Gen.
 1. 28 benedixit Deus, et dixit, ut subigeret sibi terram, et do-
minaretur piscibus, volatilibus, et universis animantibus. sed
 licet sic respexerit psalter David, non tamen de Somno primo,
 aut de aliquo alio, sed de Christo variatum protulit, et in
 Christo duntaxat completum videmus. quod, ut indicaret, decla-
 rare q. Apostolus, post ea verba, omnia subiecisti sub pedibus
eius, illa subdidit. tunc autem quod omnia ei subiecisti, nihil
dimisit non subiectum ei: nunc autem ne dum videmus om-
nia subiecta ei. i. homini cuiuslibet. q. d. ex quo patet alio spe-
tare hoc variatum q. quo sensus littera indicare videtur. spec-
tat itaq. ad Christum, in quo, et impletum videmus. Et omnim-
cum esset in forma Dei non rapinam arbitratus est esse se aequa-
lem Deo; sed exinanius semetipsum formam servi accipi-
ent, et non qualoniamq. sed in similitudinem hominum fac-
tus, in quo minor factus est angelis, siquidem factus est Somo.
 At sic Somo parus morem pro hominibus ceteris exaltatus
 est a Deo, ut esset super Somnos, imo et super Angelos, om-
 nesq. creaturas illi generis flaborem, adorarentq. sedentorem,
 atq. regnarent ad dexteram Dei patris. Haec explicabuntur
 amplius infra in digressioni.

Act. 230.

Apo. 19. 16.

Ps. 8. 5. 6. 7. 8.
Non tam de primo
homine, q. de Chri-
sto intelligendus.

Gen. 1. 28.

v. Nazquez Heb. 2.
Annot. 6.

Philip. 2. 6. 7.

Christus in quo
minor angelis.

Christus cur super
angelos exaltatus.

Quaest. 5. solutio.



Dei in hoc loco, et alibi adiungi solet. Patet enim ex dictis, que propria sunt diuinitatis attribui Patri, atq; ita nomen Dei quasi proprium appositum ei adiungi. Jesus autem antonomastice dicitur Christus, quia hoc eius propria dignitas, ut unctus sit, atq; a deo verus dux, ut unctus inquam, deo letitia pro participibus suis. i. supra omnes, qui unquam uncti sunt eiusmodi deo, sive supra omnes exultantes, qui eius gratia participant. Fuit namque in utero matris virginis in unctus per gratiam unionis hypostaticae, qui fons et origo omnis gratiae, que in omnes fideles eius descendit, ut testatur St. Jo. 1. de plenitudine eius, inquit, non omnes accepisse gratiam pro gratia. i. omnes ad unam, sive omnem gratiam singularem, et quidem Pr. 2. apertis verbis reclit Jesus inun- ctum a Patre per generationem. Quomodo de generatione temporali ex matre, (ut supra tetigimus) intelligitur. et ita Licia Domina intelligit in missa de Natiuitate, Temer si de Resurrectione etiam cum D. Paulo intelligamus, re- cente est dicere, hic inunctum Jesus, semel in generatione ex matre, iterum in regeneratione ex matris, et precedens fi- gura in David hoc plurimum facit, semel enim inunctus est a Samuele; in domo paterna, ante q. gigantum debellaret; et iterum in urbe sicleg debellat Philisteos, et interit Saul. Aut profecto, licet, ex quo in utero matris Abraham inunctus est de de diuinitatis, per unionem hypostaticam, verie rex fuerit; tamen dicitur in Resurrectione, scilicet per resurrectionem inunctus a Patre, quia tunc datum est a Patre, ut reg- neret palam, ac publice, eius q. regnum ubiq. predicaretur. Non ex ab se mentionem intulit D. Paulus Resur- rectionis Domini, cum dignitatem Regiam Jesus Domini nobis vellet sub oculis ponere; ut possit hoc esse com- mentarium e regetium huius sententiae; sed per Jesus edit- tum, et deum Patrem, qui resuscitauit eum a mortuis, i. qui cum

Cui lexi nomen est
et Patri nomen
adiungatur.

Jesus dignitas Christi
nominis continetur
Ps. 44. 8.

Unctio Christi
Christianorum.

Gratia unionis
hypostaticae fons
omnis gratiae.

Joan. 1. 16.

Ps. 2. 6. 7.

Missae de Natiuitate
Iesu Domini.

Jesus bis inunctus

Davidis unctio
typica in Christo
impleta.

Jesus in utero
matris Rex
guarantia factus
in Resurrectione
declaratus.

et per se
et per se

et per se
et per se

et per se
et per se



cum post mortem suscitatus ipse constituit, seu declaravit esse Christum, hoc est promissum Regem per legem et prophetas. §. De causa 3.

167

3. Corollarium in honorem Apostoli Pauli

Iam huius causa accedit 3.^o que d. Pauli Apostolatus maxime catollit. Adverte igitur cum omnibus fuisse notissimum Christum Jesum à Judæis per crucipatum morti traditum; constat q. etiam ipsum Paulum minime fuisse denumero eorum, quos Christus ante suam mortem vocaverat; imo illum persecutorem, et Sacerdotem; necessarium fuit, ut assereret Christum Jesum, non in mortuis mansisse, sed Dei virtute, et potentia ad vitam rediisse; nec ad quamlibet vitam, sed ad immortalam, et gloriosam, potestatisq. et imperij plenam resurrexisse. Nam multi erant, qui Christum Jesum mortuum vivo crederent, sed vivere post mortem minime sibi persuaderent. De quorum numero et judæi ad huc sunt; et tunc temporis, et judæi, et Hæretici, quæ plurimi fuerunt. Adversus quos illa sunt dicta Apo. 1. 18. Ego sum primus et novissimus, et vivus, et fui mortuus, et ecce sum vivus, in secula sæculorum.

Apo. 1. 13.

Apostolatus Pauli memoria resurrectionis asseritur.

Cum ergo sic s. Paulus Resurrectionem Christi Jesu confirmat, simul, et se testem Resurrectionis Domini profiteatur, in quo (ut supra dictum est) Apostolatus vera ratio consistit; qui suscitatum eum vidit, quando vocatus est iter faciens Damascum; tunc et supra ceteros omnes Apostolos, Isani nactus est prerogativam; ut Apostoli dignitatem acciperet de manu Jesu Christi; non cum in hac vita mortali ageret, sed post suam mirabilem resurrectionem, atq. triumphum



cum iam rex regum declaratus esset, et in sua maiesta-
te, et gloria cum Patre regnaret. ex quibus loquitur Paulus
et Apostolus maximo auctu Sonore inclaruit.

Pauli Apostolus
unde claruit?

THEORIA. 6.

De causa quarta et postrema, propter quam
hic facta est memoria Christi Resurrec-
tionis.

163.

Immemori certe Galatas summi beneficii, siqui, per Christi
domini resurrectionem, gratia vitam receperunt, si a fide
decesserunt; quam tanti estimare debuissent. cum igitur
in periculum, vel iam incurrissem, vel ab eo non longe ab
essent, multi in fide ~~mutarent~~; alij etiam ad Moraycos
ritus deficientes ferme cum deseruisse putarentur, conarguendi
profecto fuerunt; et de crimine ingrati animi commoren-
di, obicula memoria Resurrectionis, ut Beopistallo
alijs q. Grecis placet hoc loco a D. Paulo factum; eo
videlicet consilio, ut eodem, quo vitam fidei, medio, acce-
perunt, et conseruarent non duan amissam; et depositam
iam, vel naufragandam recuperarent, ac redintegrarent. Fides
enim maxime innititur Christi resurrectioni. Hoc omnino
fundamentum est, seu caput totius fidei Catholicae, omnium
q. mysteriorum, que cetera sancta, et credita, et creden-
da proponit. Unde. 1. Pet. 1. 21. Per ipsum, ait Petrus, fide
les estis in Deo, qui suscitauit eum a mortuis, et dedit ei
gloriam (resurrectionis) ut fides uestra, et spes esset
in Deo. Nimirum ut stabiliretur, et firma cordaret, et pri-
us. 3. regenerauit, inquit, nos in spem uitam per resurre-
ctionem Iesu Christi ex mortuis. Valde enim Resurrectio
Christi corroborat spem resurrectionis nostre aliquando futuram

Ingrati animi
litem prauentis

Theophylactus

Quo consilio
huius memorie
resurrectionis?

Fides christi
resurrectionis

Mysteriorum
caput est resur-
ctio dominica

1. Pet. 1. 21.

1. Pet. 1. 3.

Resurrectio Ch-
nostam fidei
prauentis
roborat.

169.



cum eius sit exemplar, et causa. Putarat rex quispiano
 minimè fieri posse regium edificium quod ipse desidera-
 bat impensius sui vero consiliani ab eo aggrediendo, tamq-
 ùare impossibili, deterrèdant: attulit tandem peritissimus
 archi-technus pro totipsum affabie factum eius operis, quo viso
 maxime eius roborata est spes. Vidit enim, ac credituè finisse,
 quod prius fieri posse posse desperaverat. Nisi Christus resur-
 rexisset, multis impossibiles existimaretur carnis resurrectio;
 ut quondam saduceis. Et Nunc etiam plerisq; gentibus exis-
 timata est, verum, qui contemplantur, et credunt Christum
 Dominum à mortuis surrexisse, facile inducuntur in fi-
 dem, in spemq; future resurrectiois. Quid innuit in sardis la-
 pidi ^{quo} à Joanne Apoc. 21. significatus est articulus sextus ni-
 mirum, Resurrectionis dominice) lapillus alter inclusus
 quasi sit ex utero matris producendus nisi resurrectio-
 nem Christi esse quasi parentem, atq; effectivam nostre
 resurrectionis. Gregoria Gusi. sententia. 14. Moralium
 17. circa illa verba: scio quod redemptor meus vivit. 8.
 Ita ait; sui capitis gloriam sequuntur membra. Redem-
 ptor ergo nos ter suscepit mortem, timemus, ostendit ne mori
 resurrectioem, ut nos resurgere posse confidamus. vale
 et eandem mortem non plerq; triduanam effudit, nisi
 in illo amplius differatur, in nobis omni modo desperatur.
 Duplicem Somini mortem peccati venenum attulit, alte-
 ram anime, quam gratia vita privavit; alteram corpori,
 quod a 6. annis separatum in vestras abire, ac in guburum
 tandem reducendum erat. Ab utraq; morte liberatus homo
 per Christum; à morte quidem anime, dum pro ea mori-
 tur, et morte sua solvit peccatum delictorum, justitia, et sa-
 tis, atq; ita delens peccatum, satisfaciens Patri Deo, et gratiam

similitudo apta

Saducei

Fides Resur-
rectionis xpi g-
nere fidei resur-
rectionis Somi-
num uterum

Lapillus precio-
sus in sardis die
inclusus quibus
gnificat.

Gregorius.

Cur hinc dicitur
non dicitur hinc
fuit Christus in
sepulchro.

Mortis ex daphia
nos Christus liberat.

170.



anima restituens, hominem ab hac morte redemit. At
 quando liberandus a morte corporis? in resurrectione scilicet.
 Nam resurrectio plane id facit, ut mors non tunc
 mors quam transitus ad meliorem vitam dicenda sit.
 siquidem hoc presertim nobis Christi resurrectio, ut per mor-
 tem corporis ad eternam vitam, nos etiam vi illius re-
 surgentes, transeamus. optimus ille vas ac fidei purior li-
 berator, qui non modo liberat pauperem, pro quo spopon-
 derat, debitor, verum, et quo, deinceps absq[ue] indigentia vi-
 uat, diuitiarum augeat thesaurum. soluit itaq[ue] Christus Do-
 minus, tamq[ue] sponsor fidelissimus, omne debitum pro nobis,
 et pauperem sui nostram subleuauit, ut diuitijs cumulati,
 et affluenter in eternum viuamus; illud morti amarissi-
 mo, hoc resurrectioni eius, letissimae, & gloriosissimae ac-
 ceptum referimus. Traditus enim est ^{delicta} propter ^{delicta} nostra,
 et resurrexit propter iustificationem nostram. Rom. 4. 25.
 quum locum inferius magis explicabo. Gloria super illud
 Ps. 29. Ad uesperam demorabitur glorie, ita ait. Resur-
 rectio Christi est causa resurrectionis nostrae, et anime
 in presenti, et corporis in futuro. Hoc testimonia Alexan-
s. Thom. 3. p. q. 56. a. 2. Arg. sed contra. Et ad 4. arg. di-
cit. quantum ad exemplaritatem proprie passio, et mors
Christi est causa remissionis culpe, per quam morimur,
peccato: resurrectio autem Christi est causa nouitatis vite,
que est per gratiam, siue iustitiam.]

Hoc ex illo firmatur eph. 2. 6. Conresurtauit et
concederet fecit in celestibus in Christo. In spe, videlicet,
 cum Christo suscitati, etiam ad celum cum ipso as-
 cendimus, et gloria participes per spem facti sumus, uti
 Leo Magnus confirmat ex illo Psalmy. 3. 20. saluatorem
expulamus Dominum nostrum Iesum Christum. 21. Qui

Resurrectio ca-
 nis liberat a mor-
 te corporis.
 Mors corporis
 si transit ad
 liorem vitam.
 Resurrectionis
 si virtute nos et
 resurgemus.
 Christus sponsus
 pro nobis, et deb-
 ito exemit, et de-
 bet facit: illud
 re, hoc resurrectio.
 Rom. 4. 25.
 Glossa. Ps. 29.
 S. Thomas. 3. p.
 Eph. 2. 6.
 Leo Magnus
 Philip. 3. 20.
 iob. 1. et 2. 1.
 surrectione.

171



re formabit corpus humilitatis nostrae configuratum cor-
 pori claritatis tuae. Ita autem habet. 2. de Resur. Ita
 dubitandum non est de consortio gloriae, sicut dubitandum
 non est de communione naturae. In. vero. c. 4. Ex hoc
 inquit, initium factum est nobis Resurrectionis in Christo,
 ex quo in eo, qui pro nobis mortuus est, totius spei nos-
 trae forma praesens. Non illud moniti simillimum
 fuisse, si capite resurgente membra reliqua eius-
 dem corporis mortua manerent in sepulchro. Quis ex-
 pectat, cum Christus caput Ecclesiae et mortuam
 surrexerit, eius corpus, et singula ipsius membra sur-
 rectora surgent profecto omnes, qui in Christo mor-
 tui sunt, statim et praescripto tempore, ut cum ipso in
 caelestibus regnent, et consurgunt quotidie ad imitationem
 ipsius, ut in novitate vitae ambulent, dicant Paulo
 Rom. 6. quomodo Christus surrexit a mortuis
 per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitaeambu-
 lemus. Non enim duntaxat futurae nostrae resurrectio-
 nis corporalis, sed spiritualis nostrae resurrectionis
 et novae vitae exempla, et causa effectiva est Christi
 Domini resurrectio. Unde sunt illa Greg. Nalb. ora 4.
 Hic cum Christo in crucem agebat, hodie simul glori-
 ficari: hinc commorabatur, hodie simul vivificari: hinc
 consepeliebatur, hodie simul resurgere. et Aug. de temp.
 scam. 119. In passione quid egit? docuit quid tolleremus.
 in resurrectione quid egit? docuit quid speremus. Hic
 opus, ibi merces, opus in passione, merces in resurrectione.
 Alludit autem Aug. ad illud Isai. 62. 11. ecce merces eius
 cum eo, et spus eius coram illo. Insignum verum, et argumen-
 tum, quod Christi resurrectio sit nostrae resurrectio-
 nis efficiens, dictum videtur Mat. 27. Multa corpora

Cum Christo Capite
eius corpus Ecclesiae
surgat.

Rom. 6. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Resurrectio Christi
exemplum nostrae
vitalis resurrectionis.

A. 5. 7. 10. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Augustinus.

Isa. 62. 11.

Mat. 27. 52.

Handwritten notes in a smaller script, possibly a later addition or a different hand, located on the right side of the page. The text is partially obscured and difficult to read due to its cursive nature and fading.

sanctorum qui dormierant surrexerunt et veniunt in
 sanctam civitatem post resurrectionem eius. Et ad-
 ventum hunc sancta non resurrectione ante Christi
 resurrectionem, sed post, ut indicant illa ultimavata
 Marci licet per anticipationem prius exposuerit, ut mi-
 racula omnia consequuta mortem Christi simul nar-
 raret. Precedit enim causa efficiens effectum suum. et hoc
 1. dicitur Christus primogenitus mortuorum. Et magis
 go de hoc, mutina i resuscitator, quasi primo rege-
 natus ex mortuis; ponitur enim simplex verbum pro
 composito, ut notavit D. Ribera ibi. quoniam Hebrei
 non Sabent composita. Ita explicatur illud Ps. 27.
 ego hodie genui te. i. regeneravi, cum de resurrectione
 intelligatur a Divo Paulo. Act. 13. 33. similiter etiam
 dicitur Christus Primitia dormientium (1. Cor. 15. 21.
 23. quia primus omnium surrexit a mortuis. Quae su-
 pra dicta sunt comprobat apostolus. 1. Cor. 15. 22. et 29. Si
 autem Christus praedixerit, quod resurrexit a mortuis, quo-
 modo quidem dicunt in vobis, quod resurrectio mor-
 tuorum non est, neque Christus resurrexit, si autem Chris-
 tus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim
 estis in peccatis vestris. (fides enim falsa non potest esse
 vera sanctitatis initium et fundamentum) ergo et qui
 dormierunt in Christo perierunt. si in salvitatem
 in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus om-
 nibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit
 a mortuis primitia dormientium. quoniam quidem
 per hominem mors, et per hominem resurrectio
 mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita
 in Christo omnes vivificabuntur. Unus quisque in suo
 ordine, primitia Christus deinde qui sunt, qui
 in

Anticipatione
 Evangelista Marci
 Efficiens prior effecto
 Apocalyp. 1. 5.

Simplex Verbum
 composito Hebraicis
 Ribera.
 Ps. 2. 7.

Act. 13. 33.

1. Cor. 15. 21.

1. Cor. 15. 12.
 13. 14. 15. 16. 17.
 18. 19. 20. 21. 22.

173.

† Si autem resurrectio mortuorum non est,
 + manus est ergo prode-
caho nra. manus est
et fides vestra. Inven-
itur autem et falsi testis
Dei, quoniam testimonium
hominis aduersus Deum, et
infertur x. quem non
resuscitavit, si mortui non
resurgunt. Nam si mor-
tui non resurgunt, neque
resurrexit, quod si non
surrexit.



in eius adventu crediderunt.] Habemus Paulus ut
 probet mortuorum universalem Resurrectionem, quod
 ex Christi Resurrectione probatur, eandem q. pro-
 bat rursum. Nam, ut evidens est omnium ignem
 calefacere, si sic ignis calefacit, ita quia Christus
 resurrexit, evidens est mortuorum resurrectionem
 possibilem esse, siue argumentum de facto ad potentiam,
 siue ex particulari velis colligere universali, seu ex parte
 totum. Propterea futuram Resurrectionem omnis
 carnis inde colligitur, quia Christus resurrexit, et q.
 primus et dormientium, primus et quippe relative
 dicuntur, quia alia sunt, quorum respectu primus esse
 videntur. Ergo Christus primus resurrexit a mortuis,
 primus e somno mortis excitatus est. (nam qui dormit
 ut resurgat, dormit) Deinde suo ordine resurgent reliqui
 Mortuorum, priorum qui sunt in Christo, hoc est, sanc-
 ti rapiendi cum eo in aera, deinde mali resurgent au-
 dituri sententiam suae damnationis; ideo non elevandi
 sunt e terra, cui tempus conglutinatorum fuit ventis, seu
 mens eorum. Hi tamen ordines non praecedunt sibi
 tempore, cum in momento futura sit resurrectio, sed
 dignitate; ut exponit Chrysostomus, et Theopylactus licet
 Occumenius aliter insinuet. B. s. Item etiam ordinem dig-
 nitatis statuit inter sanctos, ut Martyres, Apostoli, & a
 suo ordine resurgant. Christus ergo caput omnium tem-
 pore dignitate q. primus fuit, primitivus q. dormientium.
 Membra eius simul tempore resurgent; sed dignitate
 alia alijs praecedent. Non obstat vero quod Lazarus,
 filius viduae, filia anathimogogi, et quidem alij in
 veteri testamento ante mortem, et resurrectionem Christi

Ps. 40. 9.

Ps. 43. 25.

Chrysostomus.
 Theopylactus.
 Occumenius.
 B. vili Justiniani
 in 1. cor. 15. vbi
 refert aut So-
 phocles resurrexerunt
 q. cum auctore
 Theopylactus
 Thomas



fuerunt à morte rescatti, quo minus Christus qui
mitte dicitur dormientium; si enim non vitam
immortalem, sed iterum mortui exatati fuerunt: Chri- Rom. 6. 9.
stus autem resurgens ex mortuis iam non moritur, nec
illi ultra non dominabitur.

174.

Est itaq; articulus Resurrectionis Christi non
modo fundamentum, sed etiam sigillum fidei nostrae
et quasi apex totius economiae redemptionis per Chri-
stum. quemadmodum et triumphus, qui deservitur vic-
tori, seu cum victoria redeuntis imperatori, omnibus
eius praestari solent. Colophonem adde, sigillum
apponit. ~~quasi signaculum de Resurrectione~~ ut du-
bitare nefas sit de victoria parata, et egregijs factis, qua
triumphus consequutus clausit, atq; tamq; sigillo com-
muniuit, ac decoravit. quare possumus de Resurrectione
Christi illud asserere, quod Paulus de circumcissione
Abrahami protulit. Rom. 4. esse namq; signaculum
iustitiae fidei. Tamq; signaculo enim Resurrectione
ipsa Christi auctoritatem accipiunt ea, quae Christi
moriens pro nobis passus est. si enim moreretur, et
non resurgeret, quis, aut quotus quisq; crederet eum
fuisse mundi redemptorem? Unde Ps. 29. 10. dum Chris-
tus, quatenus homo, à patre impetrare nititur suam
resurrectionem, ita ait. quae uoluntas in sanguine meo dū
descendo in corruptionem? q. d. si ego sanguine in
passione, inq; carne profuso, quasi per varios laborum
gradus, variosq; per passionis in puluerem mortis
deuenero; et tamen corpus meum, uti aliorum mor-
taliū, seu in arte putrum, in vermes transierit,
vel in puluerem conuertum fuerit, inq; in sepulchro
perpetuo manserit, seu ad finem usq; mundi, quoniam
ex morte mea in hominib; quidamabit utilitas?

Resurrectio Chri-
sti fundamentum
sigillum et apex
fidei catholicae.

Triumphus deo
imo et celebrans
sine dubitare de
praclaro obsequio

Rom. 4. 11.

Ambrosius.

Ps. 29. 10.

Christi corpus
triduum in sepul-
chro mansisse
debet.

* Imo ut dixit
Ambrosius. Resurgens
precepit suis (Christus)
aut auctoritatem tri dui
ut eorum amulos
nos hae fidei a facer.

Remine



Glossa.

neminem (ad huc gloria) lucrabor passione mea. Et certe pauci admodum ad Christum sunt conuersi ante ipsius mortem in eam sortam, si cum eis comparauerim quos vel una duntaxat, vel altera concione Petri predicantis resurrectionem ipsius Christi conuersi sunt. Itaq; Athanasius ex mundi conuersione colligit probat qd Christi resurrectionem, ab effectu videlicet causam elicere.

175.

Fuit ^{ingr} necessaria haud dubie Christi resurrectio, quippe quam et ipse praedixerat, de prope seta variari uisum. rari; ne fallere vlt modo, vel Christi uerba, vel prophetarum uaticinia poterant. Verum non minus fuisse perhiberi necessaria ad mundi conuersionem, ut breuius, scilicet, et facilius fides ab hominibus reciperetur, sibi qd omni persuadere minus difficulter potest esse mundi saluatorem, qui tot iniurijs exagitatus, tot et tumijis obrutus, tot oppressus doloribus pro omnibus mortem oppeteret. Eganter caue. s. Pet. Chryso-

Handwritten marginal notes in the left margin, including 'Athanasius', 'Petrus Chrysologus', and 'Christus praeciorum mortem cauere poterat, sed noluit, ut uinceret'.

logus som. 2. s. qui ante suam mortem, inquit, praedixerat suam resurrectionem, utq; sicut seipse potuit, potuit et carere, sed qui uincere potuit, declinare contempsit; quia resurrectionis gloria sepeliret mortis injuriam. Et licet morti Christi satis fuerat ad absterenda omnia mundi peccata, cetera, atq; flagitia, etiam si eius resurrectio ad finem vix mundi dilata fuisset, atq; suspensa: tamen ad tollendam nimiam difficultatem conuersionis, meliusq; parandos animos ad fidem necessaria fuit (ut suprae Gregorio diximus) festina Christi resurrectio. Et intelligendus ille Pauli locus Rom. 4. qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Hoc est ut exponit Tostatus. Card. cum iustitiam per fidem uiam consequentur

+ Ergo fuit Resurrectio Christi necessaria ex his positione. 1. quia pedita: 2. quia ex diuina ordinatio ne decreto. 3. ut mediis aptis firmu ad fidem stabilendi. 4. ex decantia, quia corp vniuersi deitatis decabat ut es set vniuersu bi gloriosum. 5. ex suppositione debiti: cum enim Christi meruit set p passionem Resurrectio nem, debitum iustum con festum fuit soluendum. De sum. exuor. in 3. p. q. 53. An. in comment.

176.

Handwritten marginal notes in the left margin, including 'Christus praeciorum mortem cauere poterat, sed noluit, ut uinceret', 'Resurrectio Christi', and 'Rom. 4. 25.'.



ae fide. ita si Christus non resurrexisset, ut ait Paulus supra
citatur, inane est predicatio nostra. i. Apostolica, inanis
et fides vestra. i. fidelium Christianorum, tamque sine si-
gillo veteris regis, aut brevia pontificia. Est Cor. 13. 8. Hoc
enim consuetudo erat, ut epistolis, quae ex regis nomi-
ne mittebantur, et illius annulo signata erant, nemo au-
deat contradicere. Nemo ergo audeat contradicere filii pre-
dicantoni, si regium sigillum, hoc est, Christi resurrectio-
nem aperte agnouerit; nisi forte deripiat, aut in me-
dia caecitate luce. Innuit hanc similitudinem Paulus
et symbolum Nicenum, cum de resurrectione Christi
loquens addit illam particulam secundum scripturas
quam Paulus. 1. cor. 15. apponit Morti Christi, et re-
surrectioni eius; symbolum vero vni apponit resurrectioni.
Resurrexit tertia die secundum scripturas, ut notes, et
consideres scripturam cum perdente sigillo, a quo sa-
bet auctoritatem, et fidem. Est ergo Christi resurrectio
tam veteris q̄ noui testamenti sigillum, atq̄ alio
omnium inferiorum fidei omnium, inq̄ quae cre-
denda voluit Christus, & proponit ecclesia. Quare rati
appositi perintibus Pharisaeis à Christo signum, quo pro-
baret eis auctoritatem suam, cum uiceret à templo negotiato-
res, nullum aliud reddidit, nisi hoc Resurrectionis.
Subiit e. Inquit Jo. 19) templum hoc, et tribus diebus ex-
citabo illud. Templum videlicet dicebat corpus suum
in quo inhabita bat plenitudo diuinitatis. similiter Mat. 5.
12. ijdem respondit generatio praua, et adultera signum
querit, et signum non dabitur ei, nisi signum Ionae
prophetae. hoc erat signum, siue sigillum resurrectionis
ut statim explicuit. Igitur apposite. d. Paulus in
his suis epistolis Resurrectionis dominicae meminit, et
tamq̄ inuento digito sigillum ostendit fidei, q̄ in Galat. 3.
ari

Est. 17. B.
sigillum in re
gio annulo.

Nicenum con
cilium.

1. Cor. 15. 3. 4.

Sigillum scriptu-
rarum sacrarum

~~Resurrectio~~
~~Christi~~
~~signum~~
~~prophetiae~~
~~Jonae~~
~~in~~
~~templo~~
~~negotiatorum~~
~~Pharisaeis~~
~~ostendit~~
~~signum~~
~~resurrectionis~~
~~dominicae~~
~~meminit~~
~~et~~
~~tamq̄~~
~~inuento~~
~~digito~~
~~sigillum~~
~~ostendit~~
~~fidei~~
~~in~~
~~Galat.~~
~~3.~~
~~ari~~

Est nampe resurrectio Christi
signum atq̄ sigillum eiusdi-
mitati, veritatis, sanctitatis,
innocentiae, infatigabilis patientiae
hanc passionem profectim. Vni -

178.

de dicitur Rom. 1. 4 Qui 11 Rom.
prodestinatus (i. declaratus)
secundum patrum hanc eorum
expositionum receptam) est fi-
lius Dei in virtute ex re-
surrectione memorum. 11



animis vult valde roboratam, et confirmatam esse, ut
 sibi persuadent, non per Moysen, sed per Christum, non
 ex lege, sed ex evangelio, gratiam, et salutem esse spe
 randam. Christus enim resurgens à mortuis finis est
 Moysae legis, scopus omnium prophetarum, atq; totius
 scripturae sigillum fidei, & aemulicis, antiquae, no-
 uae, implicitae, explicitae, Romanae, Christianae, signa-
 culum; fidelium etiam, tam ad vitam recte instituendam
 in hoc saeculo, q̄s in altera gloriosa, recuperandam,
 propagandam, & in eternum conservandam, vera
 causa et exemplar absolutissimum, illustrissimum
 gloriosissimum. Quod enim morte commisit, resur-
 rectioni confirmavit; et quale futurum esse voluit suae
 resurrectionis exemplo commodaui. Ergo dilectissimi
 quem admodum Dominus Jesus Christus resurgens à ma-
 rtuis iam non mortuus, non illi ultra non domina-
 turus, ita opere suum est, ut qui desistit à peccatis, et cum
 Xpo surrexerit, novam instituat vitam, ita in institu-
 to persecutari; ut proque diabolici; ut omnis peccati nullo modo
 iterum dominari queat in vobis, sed quod per gratiam
 in vobis, perficiatis per gloriam Amen.

D 10 078
 22

DI GRESSIO 1

Moralis.

Dignitates ecclesiasticas minime ambiendas exemplo D. Pauli, qui non ab hominibus, neq. per hominem, sed per Jesus Christum, & Deum Patrem ad Apostolatus dignitatem vocatus est.

Mirari satis nequeo, ^{an} audaciam dicam, ~~an~~ impudentiam: certe ambitiosissimam quorundam licentiam hominum, qui munera ecclesiastica, dignitates, Sonorum gradus, episcopatus affectant ardentissimi: ut q. adipiscantur, nullum non lapidem movent, ac versant. Sycipho licet saxo gravidum, Nihil horrent, nihil veferentur, sacra miscentes profanis. His illud non semel, sed saepius, nec voce submissa, aut. a. d. aurem, sed clara contenta, ac palam nusse est inclamare, quod magister verae humilitatis filij Tebedi sermo respondit. Nescitis quid petatis. quanta enim insipientia est, eo velle consequi, unde ruat? De aethere volare permisit quis iterum ausit? qui in exportu solis ignitas quos aget? quadrigam flammam regere? Precipitantem Psalteria regni? quis altiora se petere contra diuini Spiritus consilia, non postumiscat? Periculosi annuit alas formica, cum replere summi praestitisset. Ua tibi formicella, cui in praesentem tuam ala sunt nata, quanto felicior repente summi uiuent? que audacter volando vitam perdidit. Accipiter supra nubes peruolans, et altissima petens rari ad manum venit mittentis domini; rapis longe auertur perijt, ad ora ~~lucis~~ ignota. David non sine causa ab altitudine dei, haecet à suprema claritate

179

Anbi hōmī impudens licentia

Syciphi saxum

Matth. 20. 22.

De aethere volare

Phaetonis caesa

Formica

Accipiter

181



2150

180

171

181

potestatis timore se peribere. Apud Job etiam Gygantes
gemunt sub aquis .i. fortissimi quis, et potentissimi vix,
aut ne vix quidem, plurima, qui super ipsos non curant,
instar pluvie, cadere negotiorum, curarum q. labores sus-
tinere valent. Admirationi sunt rudi plebeula ingentia
corpora gygantea mole prebita, que serico ornata, auro,
gemmisq. con honestata, maximis in celebratiobus, urbem
circumcursant; rapti plane oculos intuentium, quod exte-
rius splendet, at si contempleri deum intueris, quid lateat
videbis defatigatissimum, undiq. sudore fluentem, hamu-
tionem, qui summo cum labore sustinet summis maesti-
nam immensam. Attendisti ne aliquando Magnu-
tum, seu regulorum Hispania apparatus, cum pri-
mum regiam adire curiam; videre liceat pulcherris bel-
lucis, gabam multam, tresauras, divitias, lectorum or-
namenta, pistos tapetas, et stragula, ebur, argentum, au-
rum, fures esentis co, vides ex argento, vasorum divitum
copiam, gemmarum vim exstantium; locupletem planis
sarcinam, et splendidum onus, sed onus tamen, et sarci-
nam; ~~in splendide dam onus, sed onus sarcinam et sarcin-~~
~~onem, que diuizat, et premit, quinetiam opprimat, et~~
~~onem q. vebentem.~~ ^{meritiles!} ~~o ambitioni~~ attendite, quid libeat
optare. Nam magni Sonaxi cum maximis onibus
sunt copulati. Quare si Sonorant, onerant; si sonant, pre-
munt; exteriis decorant, interiis diuizant, faciem ex-
bilitant, cor diuizant; corpus fouent, mentem dilace-
rant; tandem aliquando deficiunt animus, simul cum
defesso corpore, immani, atq. incedentem de succubis sar-
cine, assaut delectus in regem apparuit in medio pu-
pubi alio ceteris ab ~~Sonuro~~, et sursum. In quo osten-
sum est humeros requiri fortissimos ad tantam sufferendam
hono

Job.
Potestatis al-
tudo timendi
Pondus victi-
lendum.

Gygantes in
festo corpori
Christi.

Be
Bellis onera-
ria principis

Magni honori
cum maximis
oneribus.

Saulis huius
ii. 1. Reg. 18



honoris sarcinam. id est dicitur videri et sicut cum
 de industria armum illi servandum curavit, comede, in
 quit, quia de industria tibi servatum est. q. d. ut scias
 te vocari ad tantum onus ferendum, quod armos, seu
 moros q. requirit. Nihilominus componenda prae-
 est insaut. 1. Reg. 9. 1. sustinere non potuit. Greg. Mag.
 sic in Prologo Cura Pastoralis ad Joannem episcopum
 civitatis Ravennae quem sanctissimum prenominat, incipit.
Pastoralis cura inponderata fugere delitescat voluitur.
benigna, frater carissime, atq. Sumillima intentione
representat: que, ne quibusdam levia esse videantur, presen-
tis tibi stylo exprimo de eorum gravitate omne, quod
genere: ut et hoc, qui vacat, incaute non expectat, et qui incaute
expectat, adeptum se esse pertimescat. Et dicitur qui preceps se-
culi per se peccat. Hoc Magnus ecclesie pastor, credit
lance manu, a fortiori. qui per ^{ostium} introgressus timet,
reformidat q. onus subire, onus inquam angelicis humeris
formidandum, ut appellatur a Patribus conc. Trid. ss. 6
c. 1. de reformat. Et sunt qui putant se orbem posse portare
et Abslanteis Sumeris calum sustinere. Audaces isti qui-
dem, impudentes, temerarii, non per ^{ostium} ut Paulus ad
dignitate, sed per ^{lesum} septa dissipata, irrumpere. i. non per ^{lesum} id est
tum sed per ^{lesum} Sarcinam, hoc est non vocatione, et opere divina
sed humanis auxiliis sperant ecclesie ad gubernationem
consumere. Greg. cu. past. 1. q. c. 7. Qui ad casum valde ve-
getur expropij, Sumerum libenter opprimendum por-
deibus supponit alienis: que egi fere non valet, et au-
get que perit. Hic certe temerarius est, preceps tuus in-
formam, quam aperuit.

1. Reg. 9. 1.

1. Reg. 9. 1.

Gregorius Magnus

Onus dignitatis
angelicis humeris
formidandum.
Concilium Trideti.

1. Cor. 13. 12
ad dignitatem.

Gregorius Magnus

Ostia 7. am
6. h. m.

172

174

183

182.



est propinquitatis necessitudo, secundum famularum & se-
 quium, tertium amicitie vinculum, quartum hypocrisis
 vulpina, quintum violenta tyrannus, sextum Uirginea
 detrahit, septimum tandem simoniaca comparatio. Hae
 sunt veluti Nili fluminis alia septem. (quos Cataractas
 incolae vocant) per quae rapido agmine spiritus ambitionis
 (que est omnium potentissima affectio) cuius prin-
 cepti in mare magnum. i. in profundissimam viui-
 rum abyssum. Cuius non iam ut assidet, tunc, sed
 septem explicat Cerberus ora, ut ambitionis degla-
 tiant conditio, honorum cupido vox, dignitatum ap-
 petentes obliquat. Quare Suid inuixit hi, qui non
 intrant per ostium, sed ascendent aliunde in ouile
 Christi, non pastores, sed fures, et latrones nominantur.
 Fures sunt, qui clam aperunt porticos, vel occulta fo-
 ramina effodiunt; latrones, qui scallis palam admo-
 titi supra vallum, supra q. muros, videntur scandere.
 Verum Sui, atq. illos, qui non parere, sed rapere,
 mactare, ac perdere dominicum gregem solent, &
 deiciunt, atq. deturbat e muro, vel cuniculis subitus
 aperientes obruit, ac pene vivos sepelit. Ostiarius, quem
 nihil latet, qui indignis ostium precludit, dignis pa-
 tere facit; Hic est Spiritus sanctus, cuius sine numi-
 ne tamen, ac frustra, quis quis et, conabere munit
 obtinere pastoris.

Nili v. 5. h.

Ambitio impo-
tissima.

Cerberus

Ostiarius. i.
Sui indig-
occludit ad
ad clamit

Baronius Cardinalis tu. 1. Annal. anno aduisti
 44. satis a fine procul. Assumptionum ad officia
 ordinum ecclesiasticorum non nisi precedentibus
 diuini reuelationibus ab Apostolis, porro. s. ti-
 tam probat ex ordinatione Pauli. de qua Act.
 13. Leu tibi (inquit Baron) Paulus quantiduis
a deo Patre, et Christo eius filio ad obsequium munit
Ap

Baronius.

Nemo ordin-
sine reuelat-
ssim. p. r. i. s.



Apostolatus esse electus. (citatur b. v. 1.) ut in eius elec-
tionis ac probatione uniuersa ostendatur Trinitas operari.
Verò certus spiritus sancti suffragio ab eodem munus te-
ratum assumi iubetur; Et nisi ab ecclesia sacri initiatus
antea ritibus, ab eadem q. minus non est profectus. Idem
probat ex. i. Timoth. 5. Vbi Apostolus ait. Nolite negligere
gratiam, que inest, que data est tibi per prophetiam
et impositionem manuum presbiterij. Et iterum. Sic prophe-
tum tibi commenda. secundum presulentes in te prophe-
tias.] Adde ipse Baron. cuius quidam^{gratia} nec ecclesia por-
tea expulsi sunt, quoties humana affectio cessauit, et
gratia. Unde Joa. Chrysost. Tunc quidam nihil fe-
bat Summum: sacrosdotes enim ex prophetia uenerunt,
Et ita quidem, ut prius fiebat, ita et nunc fiet, quoties
ab humana passione alieni. Sui. modi electiones celebra-
mus. Cum^{nihil} omnino seculari, nihil temporale in-
tentes, neq. ad gratiam, neq. ad odium facimus.] Hæc regula
ab ecclesia Catholica inuolubili obseruatione tenetur, qua
potissimum Catholici a hereticis discriminantur; ut nunc
ut cuiuslibet meriti, atq. prestantia uir fuerit, non sua spor-
te predicationis munus suscipiat; sed donec ab ecclesia mit-
tatur, ab eaq. sacris functionibus initiatus, itaq. initiatus
predicationis euangelij manus eum impellet.] Hæc ille.

Quamlibet ex septem partibus, quomcumq. ex partibus sep-
 tem adierit, ut rebarcularius fuit, repulsum rubeis; atq. ut
 manifestus lano, atq. uolentis, ut repellentis. Qui iure ne-
 ceptis dicitur, sine consensu uirginitatis, siue propinquitate nitun-
 tur, tanta sunt ambitione, et tam multa appetunt, ut si-
 miles dici queant Behemotus immensi illi bellua de
 qua Job. 40. vs. licet abroderit flumem, et non mi-
rabitur; et Sabæ fiduciam quod influat Jordanis in

174.

+ Cum plerumq. sine indolenti, idiotæ, incapaces, nihilominus eo diuinitas titulo, quia san- guine suis conuincti,

maledico 5

1. Timoth. 4. 14.

1. Timoth. 1. 13.

Joannes Chry-
sostomus.

1. Osholum.

Necessitate pro
pinq. tabis.

Behemotus.

Job 40. 13.



or eius. Nihil sit satis et, multiplicata beneficia vili
 pendunt, nec ambiendi plura, et maiora firmo faciunt, do-
 nec ad summum, quom sperant consequantur Pontificatum.
 Et vero, quibus familiarium obsequia iura, leuat sine
 imitantur. de quo Job 40. 23. Nunquid facit teum pac-
tum, et accipiet eum secum compiternum: Ingenua
 et regunt seruitus, non in perpetuum durat, premijs affi-
 cienda oportunit. Amicitia vero vincula adeo augere
 Libertatem s. Item, apud eos, quos amant, eorum, qui
 minori in fortuna sunt, ut libeat eos conferre cum
 ex fumo factis locustis. Apo. 9. 7. De quibus Sae rana
 textus. Et similitudines locustarum similes equis
 paratis in praelium, et super capitatorum tamq. corona
 similes auro, et facies eorum tamq. facies hominum.
 Et ostendunt isti quidem Summitatem, sed gloria
 intendant, et bella dant, donec Martem, aut coronam,
 episcopales ve regales temporibus applicare contingat.
 Que tamen comparatio sit apta istis, qui per Synthesin isti
 parant ascensum! multa sunt cum quibus comparari
 queant, sed libet eos pariter, siue parando similes facere.
 Hoc enim animal variare, et pulchritudine pellis
 atq. odoris, quem emittit, suauitate, reliqua allicit
 trahitq. ad se animalia, que tamen dum secum vi-
 det, ac minus cauta, s. alio odoribus, occidit ac deuorat.
 Cuiusmodi ars et, et totius Hypochrisarum. ostendant illi qui-
 dem variarum virtutum ornamenta, quibus enim vita illu-
 strius splendet, sanctior apparet. ~~Secundum~~ ~~apparet~~ bonorum
 apparentia fastidium, fame, Aricis, odoris spargunt,
 et dum occasionem nacti sunt, ad aucupandos sese So-
 naces conuertunt, et exiliunt velocissimi. Hi plerumq.
 Visura misericordie, et electi Dei sancti atq. electi videntur

2. Ostiolam
 Familiares.
 Job. 40. 23.
 Leviathan

3. Ostiolam
 Amicitia.

Locusta mors.
 Apo. 9. 7.

4. Ostiolam
 Hypochrisis

175.

+51

173.



includisse

inducere, benignitatem, laumilitatem, modestiam, patientiam
 que Paulus docet Colo. 3. 12. imo, que idem ad Titum
in 2. promittit, in omnibus reprobis prebent exemplum be-
noxum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate,
verbum sanum, et ipse scribit, ut si qui a diuino est
deceator, nihil scilicet habens malum dicit de illis.] ve-
rum cum ad prelatum assumpti sunt, non Titum imita-
tur Apostolum, sed Maximimum illum apud latinos,
ceteri desecratorum vere pietatis, qui Chrysostomum doc-
torum maximum de Constantino p[ro]p[ri]a sede nixus est
deponere. Ab ambicione periculi plena sunt omnia, sed
cum sua potentia coniungitur in manifestam publicam q[ue]
eiusdem tyrannidem, fit q[ue] in Basiliensi, quem ipsius
serpentes fugerunt, vel olfactu emicantem. Cum itaq[ue]
ambicio potentia viuet, adeo est violenta, ut nihil
ab ea sic tutum, nihil tranquillum, nihil incolumum. De-
plorauit hoc sapientissimi v[er]bis caput orbis, dum de Pontificatu
summo vidit, paratq[ue] diuinas contentiones, cum alijs
iure, alij potentia, illi ratione, isti armis, et violentia
pugnarent, ac pro reuocanda prima sede vsq[ue] ad publicas
strages, et cladis decurrerent. Quod sepe Orbis regis
quidam satis indicat, quam sine deo iniuri, atq[ue] exosi
eiusmodi violentie auctores, et architetti. Magis ta-
men Syphacem contumina est detractio, que non mo-
do silencio, in hostis respentis, mordet, sed obliquo etiam
idit, atq[ue] insanaibili, admodum scorpionis ferit, ac vul-
nerat, ut aduersario deiecto, aut debilitato facilius am-
bionis, quod vult fortunariusq[ue] succedat. Greg. Mag.
super illud 1. Pet. 2. 6. Inuidia et subuersores infirmo-
tibus proximis, scorpiones etiam, fortibus, ac robustis,
quibus, etsi in faciem contrahere non presumunt, ex
oculto tamen vulnus derogationis inferunt, et occultis

Colo. 3. 12.

Tit. 2. 7.

Maxim. Ap[osto]lica

S. Oshili. potentia

Oria rex leprosu

G. Ostiola. detrahit

Gregorius. Eps. 2. 6.

+ sedem Alexandrinam poten-
 tia imperatorum Arriani q[ue]
 pe corati sunt pulso Athana-
 sio eius legitimo patriarcha vsur-
 paret, preualuit tamen cali impe-
 rator. terre filijs, vsi abq[ue] monarchis.

176.

X sunt kum q[ue] cum
 scorpionibus habitas.]
 sic aut, in creduli Deo,
 subuersores

851



machinationibus forunt. Talis describitur. 2. Mac. 4
 Simon qui male loquebatur de Onia sacerdote summo;
 prouisorum & ciuitatis, ac defensorum gentis sue, et annula-
 torum legis Dei, audibat in iudicatorum regi dixerat.
 uerba sunt scripturis sacis. Ad dextrum numerata
 est simoniaca ambitionis janua, non quod ipsa sit
 extrema, sed quia tam frequens est, et tam late patet,
 ut absq. ea vix reliqua ^{prossint} ab successum. Testes
 sunt Iason, & Menelaus. 2. Mac. 4. 7. quorum prior fra-
 trem Oniam, posterior ipsum Iasonem, ut sibi compara-
 ret, a Pontificatu deicit, promissa argenti talentorum
 vi maxima regi Antiocho; atq. ita isti inuicem pecu-
 nia pro Pontificatu sacrosancto certabant, quasi de se-
 culari prefectura, quastura ve contenderent. Venenum
 hoc aspidum insanabile dixerit. Nam qui illud eu-
 muerit, inquisitumq. redierit sanitatem, cum semel
 corde conuerit, nescio an sit Salmus quisq. inuen-
 tus. Prop. Sicca omni maledictio, quam in primam illam
 aspidem, simonem dico, a quo simonia nomen de-
 ductum, D. Petrus Apostolus pronunciauit. Mt. 23. De
 curia tua tecum sit in perditionem, non modo ad illu-
 sed ad vniuersos pertinere videtur, qui cum ambulat-
 tur. omnes enim in folle arroxitu dunt, et obliga-
 tione iniquitatis esse qui duntur. Nemo igitur eorum
 qui hoc lethifera veneno calti sunt, nisi maurus ad
 penitentiam reuocatus fuerit, speret. Letitiam felicio
 rorire e vita exitum, qz. ha. b. u. i. l. l. l. qui oratione Apo-
 tolica dum alas assumit, plantas amittit; ut non iam
 volitando caelum, aut ambulando terram teneret, sed
 rotando, repondo q. tartarum periret, vbi cum ambitio-
 nis patente lucifero ambitio sa temeritatis in sompi-
 turnum duras penas exstat. Plin. li. 29. c. 4. 8. Aspides

2. Mac. 4

Simon frater Onia sacerdoti.

7. Ophiolam
Simonia

2. Machab. 4. 7.
Iason & Menelaus pontificati p. n. i. s. contende.

Venenum nabile

Simon Magus
Simonia dicitur.

Mt. 23. 20.

supplicium
Simoniae

Plinius.

137.

138.



ait percussos, torpore, et somno necant, omnium serpentium minimè sanabiles. sed et ve-
 nenum eorum si sanguis attingit, aut recens vulnus statim interimit. paulo post. Conta-
rer inquit, inproferendo exijs remedia, nisi M. Varronem scirem 83. vite anno pro-
vidisse, aspidum ictus efficacissimè curari hausta à percussis ipsorum urina. ex qui-
 bus patet nocentissimum esse Sarum aspidum venenum, et remedium tale, quale potius fu-
 giendum, quàm expotendum ducas. Itaq; nullum consilium opportunius q̄ à peste, et
 veneno longè abesse, sitamen venenum semel hausisti, quicquid absq; dei offen-
 sione antidoti vicem præbet, bibendum, licet pedibus sis eorum proterendus, quibus
 antea præfuisisti. An cuius flagitij reus sit iudicandus, qui pecunia emit fauorem, in-
 teruentionem que eorum siue amicorum, siue familiarum, qui plurimum possunt
 apud eum, penes quem stat beneficij conferendi auctoritas, seu potestas, lectori re-
 quirendum, examinandum que relinquo. Hoc solum admonuerim istud Sodierria
 die ostiolum adeo frequens esse, tamque apertum, ut nemo, qui pecunia valeat, vlla
 ratione dubitet sese posse, aut beneficium pingue, aut episcopatum non medio crem
 comparare. Habes, inquit vulgare verbum, pecuniam. comparabis canonicatum,
 Sunt tibi nummi, est argentum, est aurum, esto ergo episcopus. Heu me mi se-
 rum, et qua tempora nactus sum?

Aspidum nocen-
tissimè

M. Varro
Remedium
contra aspidum
ictus.

Antidoti sum =
contra Veneni
Simonid. au-
torem reuian-
dum.

Filij quibon
pri matum am-
bient poppin
quitate iure
fren.

Filij quidem Lebedei, Iacobus, et Ioannes ius consanguinitatis existimarunt ali-
 quid apud Christum valiturum, cum matre postulante, primas sedes ambierunt,
 sed, si y bonum opus desiderabant, non tamen id recta via expetiuisse edocti sunt.
 quemadmodum, et alij decem Christi Apostoli, qui familiaritatis ius pretende-
 bant adversus duos fratres indignatione elati, et inter se de primatu contententes di-
 cecerunt ex ore domini, non nisi deiciendo se ipsos, in firmum que captando locum,
 debere eos tanti Magistri exemplum, atque doctrinam æmulari. Quicumque
voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non
venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro
multis. Mat. 20. 16. 17. 18.

Discipuli qui
contentant de
primatu fami-
liaritate spe-
niti.

Exemplum
cura ambitio-
nem.

Mat. 20. 16.
17. 18.

Similitudo
præclara,

Nullum opinor inter humane vite officia accommodatius, ac similius
 inveniri potest, quàm Pastoris ouium ad significandum, ex primendum que
 prælati munus, siue episcopus ille sit, siue Pontifex, siue seculari, siue ecclesiastica or-
 netur dignitate; Quare, et Homerus poetarum primus Regem Agamemnona Pri-
 mura dactōr idest Pastorem populorum nuncupavit. et D. Paulus Ep. 4. Episco-
 pos, siue ecclesie prælatos. Pastores, et doctores dixit.

Pastoris officij
um indicat qua-
lis debeat esse
prælatos.

Homerus
poetarum pri-
mus.

Ep. 4. 11.

Imperium Pas-
toris ouium vsq;
licet prætor.

Nimirum Pastor ita præ est gregi, ut totum eius imperium, ad seruandum, et ob-
 temperandum ouium commodis, ac necessitatibus referatur. Tales ergo Christus.



vult Praeposita ecclesia esse, ut ita imperent sibi subditis, ut meminerint se solum esse factos ministros, ac seruos, nec tam suo beneplacito, quam animarum utilitati, et saluti inuigilare debere. Humeros itaque supponendos sibi existiment grauisimo oneri, ut insinuatam fuit per Prophetam Isai. 22. Et dabo clauem Dauid super Sumerum eius. Quid hoc inquit, clavis vel e' cingulo pendere, vel manu gestari consuevit, non Sumero super poni. Haec clavis, ut pote, quae principatum significat, grauisimum pondus praesert, quod nisi supposito Sumero, nequit sustineri; ideo non in manum, sed super Sumerum datur. Addit deinde: et figam illum paxillum in loco fideli, et suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius a vasis craterarum, usque ad omne vas musicorum. 70. pro paxillo principem transferunt ex proprietate vocabuli Hebraei, ut animaduertat princeps, seu praefatus suum munus non aliud esse quam sustinere, et portare Sumeris totum sibi commissum populum, et tam pauperis, ac mendici, quam diuitis, ac potentis grauamina, a quo animo ferre, ac tolerare.

Prasul
nerit se
ministra
tam sibi
utilitati
placere
Isaia. 22

Isai. 22. 23

70. interj

Prasul, et
tum, et
rum gra
onera fert

Difficultas
sulatus

Helias, et

Prasul reg
ut aurigam
ut curruis

R. Salom

Prasulio

Sap. 18. 24

Glossa
Lyranus

Dignitas
sulatus que
de veste con

+ vasorum diuersa
genera, omne vas
paruulum.

190

At quis Hercules tanto sit roboris? quis ve Sanson tam validis praeditus Sumeris? At non minus significanter 4. Reg. 2. ab Heliseo compellatus est Helias. Currus Israel, et auriga eius. Etenim praefatus, qui Sabenas in manu tenet, regit que, et gubernat ex alto, sublimique loco dignitatis, ciuitatem, et Iacobem sibi subiectam; atque ita aurigam agit, idem ipse pondus suscipit, atque sustentat omnium ciuium subditorum impositum Sumeris, et ita currum representat multiplicibus sarcinis oneratum. Tot nempe sarcinas praefatus sufferre debet, quot sunt discrimina subditorum, quot ingenia ciuium, quot etiam negotiantium varietates, et innumerabilem genera negotiorum. Hebraeus quidem magister sic legit: Currus Israel, et militia eius. ut sit allusio ad currus falcatos militares. Ne minus ad rem; siquidem praesulem oportet, et plebem rectam in caelum ducere, et eius imbecillitatibus subuenire; ea tandem quasi armatus exercitus oblata opportunitate protegere, ab incursuque irruentium hostium contactari, atque defendere. Hic autem labor ingens, opus magnum. Quod amplius etiam exaggerat symbolum illud Pontificis Hebraeorum ornamento insertum: In veste enim poteris (inquit Sap. 18.) quam habebat, totus erat orbis terrarum, ut inde intelligeret summus sacerdos totius orbis terrarum pondus sibi incumbere: quem Deo obsequentem reddere sua cura esset, et muneris. De Soc vi de Glossam, et Lyranum.

Vix reperies virum aliquem sanctum ad episcopale, seu pontificale munus assumptum, qui priusquam acceptaret dignitatem, non pro viribus facultate que toto nisu restiterit, vel certe, aut obedientia coactus, aut ecclesiae necessitate impulsus, aut fidei causa, veloque caritatis commotus, ad id munus obeundum ascenderit. Notu

est



est quid Ambrosius fecerit, quid Magnus Gregorius, quid Nalianrenus, quid
 Crisostomus, quid Basilus, quid Athanasius, Augustinus, Nicolaus, Martinus, Tho-
 mas Cantuariensis, Thomas villanovanus, Stanislaus Polonus, Bonaventura, Nila-
 mon Aegyptius anachoreta mortem praoptavit ne fieret episcopus, Thomas Aquinas
 varios Archiepiscopatus recusavit, Philippus Nerijs similiter, Franciscus Borgia eti-
 am Cardinalatum; quem nostra memoria imitatus est D. fernandus à Toledo oroposa-
 nus. Imitandus etiam nostra aetate doctor Alfonso Velazquez, qui inuitus
 accepit Episcopatum Oxomensem; accepit vero à sancta Virgine Teresa ad-
 monitus deo gratam esse eius electionem. quem episcopatum sanctè ac pie
 & diligenter administravit, pedibus obibat diocesim, terunjs & oratio-
 ne instanti sese excitabat ad ~~suam~~ suum munus utitur, ac sanctus per-
 agendum, iustitia & pietate se, & pacem exhibebat, & morum censorem
 efficacem. Translatus ad sedem Compostellanam, quod videret pro con-
 tinuis languoribus, & exigua valetudine, minus posse, q̄ desiderabat,
 omnium necessitatibus per se ipsum providere, curae curavit, ut
 sibi liceret episcopatum renunciare. quod tandem post longam pre-
 ces à rege Philippo II obtinuit. Maluitq̄ paucis contentus quietus
 obire, quam curis obrutus (quod pauci pro dolor faciunt) mortem
 expectare. ~~Ab~~ hunc F. Joannes Hurtado Salmanticus Dominicanæ familiae
 Conceptor à Capela V. Oblatam sedem Toletanam primariam Hispaniæ
 & humillimè & magnanimiter recusavit. quod post eius mortem ipsemet im-
 perator, solutus iam promissione secreti servandi, publicè & coram magnis prin-
 cipibus regni testatus est. Non est imperatoris silentio prætercundus Robor-
 tus Bellarminus societatis lesu, qui (nequid ordinatiōni Pontificis op-
 poneret, sub obedientia præcepto, & excommunicatione comminatoria
 iussus latere) ~~ut~~ ut imperator ipse sanctissimus Pater Clemens VIII, Car-
 dinalitium purpuram acceptare utaq̄ induere compulsus est. & sic
 Rhemigius superioribus annis evadens, qui iam adhuc aeger 22 aetatis suæ an-
 num totius populi acclamatione (sicut antea S. Ambrosius) compulsus est Rhe-
 mensis Ecclesiæ episcopalem cathedram regendam suscipere. S. Bruno Carthu-
 siani ordinis pater ac fundator Archiepiscopatum Rhegionensem in Calabria re-
 casavit. Petrus Castus Quinionus, quem nos Archiepiscopum Hispalensem vidi-
 mus, cum prius recusasset Compostellanum, inuitus accepit Granatensem,
 translatus vero Hispalim, ut saepe alios, constantissimi pectoris documenta
 plurima exhibuit. Vir plane dignus vel prima Ecclesiæ sede. Ut suo
 munere rectè ac iuste fungeretur, nec minus pertimescens, nec potentiam
 cuiusq̄ ~~potentissimi~~ vel potentissimi Verebatur. Dum mori propinquus esset, iussit om-
 nia sua pauperibus distribui, ut potè qui persuasus esset pauperum esse, quacūq̄
 suis iustis vsibus superessent. Beatissima Virgini Mariæ Conceptionem im-
 maculatam pro dignitate ac viribus semper confessus & putatus est. Sed q̄
 ago: virtutes & præclara huius optimi præsulis acta longum volu-
 men, & peritissimum historiarum scriptorem requirunt.

22 Nilamon
 Thomas Aquinas
 Philippus Nerijs
 Franciscus Borgia
 D. fernandus à Toledo
 Alfonso Velazquez

Joannes Hurtado

Bellarminus

Rhemigius

D. P. Castus
 Quinionus



Digressio 2. de xpi triumphali Resurrectione.

191.

Triumphalem xpi apparatus, ac pompam videntur indicasse quatuor illa animalia mysterij plena, quæ visasunt, *Ezechiel. c. 1.* Ijs enim quasi symbolis insinuata est verbi Dei in carne apparitio, passio mortis, resurrectio, et in celum ascensus. Et enim per Natiuitatem ex virgine apparuit Somo. Ecce primum animal; in passione, et morte sacerdotis, et victimæ officio functus est, cuius rei vitulus signum est, ecce secundum: In Resurrectione regium nomen, et manus assumpsit, Symbolum autem regni Leo. ecce tertium: In ascensu mirabilis diuinitatis specimen exhibuit, quod Aquila (Souis aler quondam appellata, quæ aligero volatu celum petit) significat, et hoc quartum est animal. Hæc quatuor xpi Domini attributa, et Angelus Gabriel. Mariæ eius sanctissima genitrici indicauit illis verbis *Luc. 1.* Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. ecce hominem. addit: Sic erit magnus, qui summus nimirum sacerdos. Scriptum est enim: Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. quod in xpm quadrat, subdit: et filius altissimi vocabitur. Deus igitur, et consequenter Rex: vnde subiungitur: et dabit illi dominus sedem dauid patris eius, et regnabit in domo iacob in æternum, et regni eius non erit finis. Hæc impletum est in Resurrectione, tunc enim dixit dominus Discipulis: Data est mihi omnis potestas. etc.

192.

Regiam Sanc maiestatem inducit Vates regius quadriga vectam mirabili *Ps. 44.* cum ait: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, specie tua, et pulchritudine tua intende prospere, procede, et regna, propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam, et de ducet te mirabiliter dextera tua. Christi gladius vis illa est spiritus, et verborum efficacissima; et penetrabilior omni gladio anticipi, ut inquit *V. Paulus;* qua quidem vi, et gladio illo usus, crudelissima tyrannide hostis sempiterni *Humani* genus liberauit, et sub potestatem, ac ditionem suam omnes nationes, terrasque subiunxit. cum gladium appellat gloriam, et splendorem Christi, eo quod is ea re sibi decus, et imperium comparauit. Intende, inquit, id est, cursum dirige, prospere procede, donec dictis hostibus regnum in ea, et triumphum agere diaris, vectus nempe quadriga in signi, hoc est, veritate Humani nature, qua verè Somo es, mansuetudine, vituli ad victimam ducti, quod symbolum sacerdotis, et iustitia, quæ regis propria virtus; atque potentia diuinitatis, et hæc est dextera tua, quæ te extollet virgæ ad consessum ad patris dexteram.

Hæc etiam quatuor xpi proprietates considerare licet. *Matt. 11.* circa illam partem, quæ legitur in missa s. *Mattis* Apostoli: Confiteor tibi pater. loquitur quatenus



Somo

Homo, et propterea minor patre, ad quem preces fundit. sequitur deinde: et nemo nouit filium nisi pater, et patrem quis nouit nisi filius. Sic se aequalem ostendit patri, atque adeo Deum se esse significat. Sequitur: Venite ad me omnes qui laboratis, et ego reficiam vos. pane nempe Eucharistico, quia Sacerdos secundum ordinem Melchisedec's. cum uero ait: Discite a me quia mitis sum, et humilis corde. obedientiam, et mansuetudinem agni, seu vituli insinuat. cum uero: Tollite iugum meum. se regem ostendit, non tamen tyrannum, sed iustum, et pium, qui iugum suauiter imponit, et onus subleuat.

Apoc. 21. idem per quatuor lapides preciosos exponitur. Nam C. Salcedonius, qui est carbunculus, siue pyropus significat articulum incarnationis, in qua uerbum uero factum est. Deus que filius formam serui accipiens, Homo apparuit. Quid uero est Carbunculus nisi instar igniti carbonis, seu ferri candentis, preciosus lapis, qui intenebris lucere dicitur. que omnia mysterium incarnationis valde exprimunt. In quo Humanitas unita est hypostatice uerbo Dei, et quasi diuinus quidam calculus homo C. Christus in terris uisus est. Qui cum uere homo esset, tamen propter diuinitatem lucebat in tenebris. Smaragdus, qui uiriditate superat omnia, que uiridem nacta sunt colorem; passionem, et mortem Xpi representant, cuius meritis passionis, spes nostra reuiuiscit, augetur, adeoque attollitur, ut miserimus latro in extremo spiritu contentus non dubitet sperare, et postulare aditum, et introitum in amena, et uirentia paradisi loca. neque ullus potest esse tam desperatus a salute propter sua immania scelera, impia que flagitia, quem non ualeat passio Xpi ad spem certissimam uenire, et remissionis exsuscitare. Sardius, que uulgo Cornerina (quasi Carnerina) uocatur quoniam corpus carneum representat suo colore; addit tamen splendorem, et translucentiam, ut possis existimare hunc lapidem preciosum carnem translucentem, ac diaphanam; Hec, inquam, gemma Xpi resurrectionem significat, per quam Xpi Domini corpus ad immortalitatem resurgens, et gloriam, qua tuor illis dotibus indutum est, impassibilitatis, subtilitatis, agilitatis, et claritatis, que externa nostri regis gloria, etiam beatorum oculos summa letitia, et felicitate beare queat. Crysolitus denique, quarta gemma est, que ab auro nominata, solis refert splendorem, apta profecto, qua Domini in celos ascensionem significet, per quam ipsa Humanitas ad dexteram patris conscendit in uestitu de aurato circumdata uarietate.

Animaduerte itaque Dominum Resum in die letissima sua resurrectionis gloriosa quadriga uectum horum quatuor animalium; quorum singula suam propriam gemmam ostentant e fronte pendentem, Homo Carbunculum splendore uirulentem tenebras; vitulus Smaragdum uiridibus, ac luulento rapiens oculos;



Apoc. 21. 19.
20.
C. Salcedonius.
Incarnatio

Carbunculus

Smaragdus.
Passio.

Spes in passio
ne Xpi uictur.

Sardius resu
rectio.

Chrysolitus
Ascensio.

21. 44. 10.

193.

Leo sardium rubore fulgentem splendidissimo; Aquila Chrysolitum. diuinitatis aurum significantem. Nonne haec pulcherrima species triumphi? quis vel cogitando non exultat animo, exsilarascit ore, et tanti regis gloria non admiretur, non collaudet, atque letis acclamationibus non prosequatur? Ita cum regio psaltes uniuersi dicamus: Haec est dies, quam fecit dominus exultemus, et letemur in ea. Ps. 117. 24.

194.

Haud dubium quin de triumpho xpi indie sua resurrectionis sic versiculus intelligendus sit cum communi sensu doctorum sacrorum; uti Romana ecclesia illum in officio frequenter usurpat, et canit in ea solemnitate, de xpo. nempe, quem a Iudeis in crucem actum, et veluti lapidem ineptum, atque inutilem ab architectis reprobatum, tandem cum minus illi cogitabant, in summo loco erectum, et caput anguli factum, hoc est, diuina virtute a mortuis suscitatum, et regem omnium supra omnes erectum obstupuerunt. La-

pidem (inquit versus procedens) quem reprobauerunt edificantes, sic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. quem ver-

sum, et Apostolus Petrus Act. 4. et 1. Pet. 2. et Paulus Rom. 9. de xpo domino, et domi-

nus xpus Matt. 21. de se ipso sepe citarunt, non solum ad hunc psalmum, sed ad alios

scripturae sacrae locos, praesertim Isai. 28. respicientes. Praeterea etiam consequens ver-

sus ad regnum xpi pertinere, omnes euangelistae testantur, dum illum narrant in die Palmarum ab his, qui Christum Ierosolymam a seculo vectum cum ramis oliuarum, Palmarumque, et faustis acclamationibus comitabantur, prosequabantur, regemque, leti, et alacres salutabant. Matt. 21. 9. Turbae, quae procedebant, et quae sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio David. Benedictus, qui venit in nomine domini Osanna in altissimis. Vide Belarminum Ps. 117. vers. 23.

195.

Verum siquidem sic versus maximè extollit celebritatem Resurrectionis dominicae, atque regalis triumphi, excitat admirabilitatem, et summam letitiam mentibus mortalium, imo et immortalium inuehit: non extra chorum dicar, vel psallere, vel saltare, si illius expositionem fusius explicare pergam: Haec est dies, quam fecit dominus, exultemus, et letemur in ea. Inquirendum est quid sit illud singulare, et proprium huius diei, qua propter dicitur antonomasticòs facta à Deo. Omnes nimirum Deus

fecit, qui creator est omnium, et ipse Celos fecit, et astra, et motus eorum, atque tempora, et dies, et annos. Sal etiam, et annum proprio motu suae Sphaerae, et diem motu diurno ad raptum primi mobilis facere dicitur.

Ad quatuor siue puncta, siue causas referri video, quae in hanc rem adduci possunt. I.^{um} Non dicitur haec dies celebris, atque sollemnis propter ea, quae cum ceteris diebus habet communia, sed propter id, quod in ea accidit, factumque est singulari memoria dignum. Quid vero hoc est? Resurrectio Christi ex mortuis, eiusque regni, siue possessio, siue declaratio, et promulgatio. Quae res cum

causa

Superet



Resurrectio Superet hominum expectationem, et vires naturæ creatæ exuperet, merito Dei opus dici-
 tur, et à Domino factum, summa exceptum ab hominibus cum admiratione, et stupore.

Resurrectio
 xpi vincit
 expectationem,
 et creaturam
 exuperat, est
 opus dei.

A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Dicitur itaque Dies, quam fe-
cit dominus. quia quæ res tam celebrem facit, fecit dominus. At dices cur dies in carna-

Dies Annun-
 ciationis
 Dies circum-
 cisionis

tionis verbi, seu natiuitatis xpi, et alij dies solemnes, quorum solemnitas principum
 habuit ab aliquo Dei beneficio, non sic appellatur. sed hæc appellatio dumtaxat tribui-

Dies Resurre-
 ctionis omnium
 celebratio

tur diei Resurrectionis; ut testatur Lorinus super hunc versum in quibusdam ecclesijs

Rom. 6. 9.

die Annunciationis B^e Mariæ, et in Romana in die Circumcisionis, quæ est octaua

Natiuitatis, et anni etiam prima hinc versiculus canitur. Verum melius congruenti

usque datur Resurrectionis xpi diei. Nam incarnatus, natus quæ est, moriturus,

et si Rex natus, tamen non omnino publicatus, non passim, et ubique agnitus, imo

et ipse regalem pompam, et insignia non solum occultauit, sed et fugit. Resurgens

autem ex mortuis tam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Iam Rex

proclaratus est, iam passim, et ubique regnat. Igitur sicut nulla dies celebritate, et

letitia, simul etiam miraculis, Sane vincit, sic in nullam ita aptè, et ut dicitur

ex omni latere quadrat, hæc appellatio, ut dicatur: Hæc dies est, quam fecit domi-

nus etia Dies, qua natus est Pharao, Rex Aegypti celebrata ab eo est, et dies eius

victa, quasi illam ipse suo natali fecisset, certe celebrem fecit. Similiter dies illa,

qua Dauid regnum inijt, celebris facta est ab ipsa coronatione, et regni possessione,

et Dauidis victa dies, quasi ab eo facta. Iure igitur hæc dies, qua dominus resurrexit

à Domino facta, et Dominica dici meruit. Est quidem hæc quasi epinicium, seu vic-

toriale, ac triumphale carmen, atque læte, fausteque acclamationis, gratulationis quæ

Deo acceptam referentis tanta diei sui felicitatem; ut olim in triumphis Io trium-

phæ, Io pæan proclamabant. In consilio Constantino politano sub Agapito papa tem-

pore Iustiniani imperatoris Ioannes Præbyter propter concordiam congregatorum

eadem verba usurpauit. Verum S. Gregorius lib. 6. Epist. 1. reprehendit Episcopos,

qui propter ordinationem Cyriaci conclamarant: Hæc dies etia quia in creaturæ

laudem ea verba protulissent, quæ solum conueniunt creatori: vide apud Lorinum.

Igitur causa sit, quod non sol iste materialis suo exortu, suaque luce fecit Sane diem, sed

spiritualis, et iustitiæ sol xpius, qui ad eum matutinus exortus est, ut solares radios præuen-

rit ante lucanus ipse resurgens, et noua claritate, atque lætitia mundum illuminans, et

ex Solarans: ut refertur teci misse, siue Lactantius, seu alius quidam. Clarior illa dies

illuxit mundo. Augustini sunt verba, videtur mihi hæc dies ceteris diebus esse luci-

dior. Sol mundo clarior illuxisse. Astra quoque omnia, vel elementa lætari; et quæ pa-

tiente domino proprium lumen retraxerunt, et noluerunt creatorem suum aspicere

Dies Annun-
 ciationis
 Dies circum-
 cisionis

Dies Resurre-
 ctionis omnium
 celebratio

Rom. 6. 9.

Dies Phara-
 nis.

Dies Dauid.

Dies Dominica.

Epinicion,
 Carmen victo-
 riale

Concilium
 Constantino-
 politanum.

S. Gregorius.

Sol iustitiæ
 Sane factus
 diem.

Augustinus.

196.



crucifixum, ecce nunc victorem illum ab inferis resurgentem nouo claritatis sue veniantur obsequio. 7

§ Crisostomus Serm. 22. existimat solem, qui propter soram, ut domino comparetur, absciderat claritatem, cum resurgeret dominus, ante tempus occurrisse, et qui ut suo commoveretur auctori, ipsam suam meridiana mortificauerat claritatem, ut consurgeret auctori suo, evictis tenebris antelucanum erupisset: ut mane faceret, manicauisse, et qui ante noctem superat, tunc noctem prosequente fugaturum, ut redderet luci nocte soras, quas terror dominice passionis inuasserat. 7 Haec pie Crisostomus, sed fortasse hyperbolice: magis quam veritatis ad amissionem dicta: ostendunt tamen sane causam, qua propter Sec dies à domino facta, peculiariter dicitur. imo Sec dies, que ut Sec dominica prima, soli ab antiquis gentibus data est, equiori iure dicatur dominica, ut pote domino resurgenti consecrata, que etiam Ambrosio testante apud Lorinum. Dies Solis ab hominibus seculi vocari debet, quod eam Christus illuminet resurrectione sua. Si Jovis noua lux oriri visa est, gaudium, sonus, et tripudium, quando adversario Aman occiso liberati sunt ab extremo periculo: In typum id accidit Suis diei.

3. Ratio ex eo sumitur, quod Sec dies sit, que maximè Deum nobis manifestat, eius que omnipotentiam, sapientiam, bonitatem que testatur: Iustitiam, misericordiam que commutat; et denique suum solum creatorem, mundi reparatorem, seu instauratorem, conseruatoremque perpetuum declarat. Posuisse dicitur Deus in Sole tabernaculum suum, quoniam sicut ex regia domo præ clara omnium dignoscitur rex eius Sabitor, et dominus; ita ex tam illustri opere Dei, ex Solis nempe pulchritudine, in quo dicitur insabitare, maximè eius potentia, regia que maiestas cognoscitur, multo clarius, et præstantius, quam ceteris creaturis, in quibus non dubium, quin insabitet; et ut cunque ex eis cognoscatur. sic igitur licet alios dies præclaros, et celebres fecerit Deus; nullus tamen eorum tam clarè prædicat, tam præstanter aperit, atque hic dies, eius magnitudinem, vires, potentiam. Phidias sculptor, ^{insigni} varias scalpello finxit statuas; sed ea dumtaxat, quam Atheniensis populus in sua arce collocari iussit, de nomine illius nuncupata est. ea enim dicebatur Minerua Phidie, ut pote quam Phidias maximi estimabat; de qua insigniter gloriabatur. cum igitur de nullo alio die magis Deus extollatur, nullum alium pleris faciat. Suis nomen suum præcipue indi voluit, ut dies domini nominetur. Hunc que sibi voluit inter omnes Hebdomadis dies dedicari, ut cuncti à reliquis vacantes operibus, vni Dei sonori, gloriæ, et gratiarum actioni vacarent. Licet autem Sic dies, ut pote, qui omnium dierum primus fuit, in quo et mundum, et lucem, qua illum inatus est, Deus creauit, Deum ipsum maximè commendat, et exultat: tamen multo præstantior, et succulentior, ea commendatio, et exaltatio, quam ei Sic ipse dies

§

exhibet

Et sicut; quid in eo mundi redemptio, et instauratio consummata fuerit Christo resurgente, et sui regni gloriam, ac maiestatem nouo triumpho, licet invisibili recuperante. Huius vero triumphus representatio quaedam ante passionem die dominica Palmarum processit, ut patet cum dominus ante victoriam, cum de ea certus esset, voluerit, quasi de victis hostibus triumphare. Itaque regale carmen, et ipsi infantes ab ubere matris cecinerunt, dicentes: Osanna Benedictus, qui venit in nomine Domini; qui est, versus 23. subsequens Sunc, quem commentamur.

¶ Ratio, quia hęc dies sit illius diei representatio, cum omnes ad eternam letitiam resurgemus; quod opus totum Dei est. Itaque dies Resurrectionis Domini exemplar est diei resurrectionis omnium; sicut et Resurrectio Christi causa est vniuersalis resurrectionis, et efficiens, et exemplaris. ideo dicitur hęc dies facta, ut exultemus in ea. in illa enim eternitatis die, finitis iam tristitię causis, omnium animos letitia sempiterna possidebit. Tunc serio vereque dicet anima dei sponsa Cant. 1. introduxit me rex in cellaria sua, exultabimus, et letabimur in te etc. Abraham vidit Sanc domini diem, et gaudisus est. Ioan. 8. 56. vidit, inquam, cum filium recepit, quem iam morti dicatum Sabuit. Diem autem illam vniuersalis resurrectionis, nostre que salutis consummationis, totius que mundi renouationis dominicam futuram putauit Peregrinus cum Augustino, et Hilario, ut refert Lorinus super Sunc versum. Augustinus quomodo, inquit, Maria virgo mater domini inter omnes mulieres principatum tenet; ita et inter ceteros dies, hęc omnium dierum mater est, et addit: neminem dico, sed que scripturarum vocibus comprobatur. Hęc dies vna de septem, et extra septem est. Hęc dies, que appellatur octaua: vnde et in quibusdam psalmorum titulis superscribitur pro octaua. Hęc est, in qua Synagoga finitur, et ecclesia nascitur. Hęc est, in cuius numero octo anime seruate sunt in arca Noe. et quid mihi necesse est infinita replicare. Dies me deficiet, si voluero, omne diei istius exponere sacramentum. Hoc tantum dico, quod vniuersa sabbati gratia, et antiqua illa festiuitas populi Iudeorum diei istius solemnitatem mutata est. Hęc Augustinus, et alia digna lectu serm. 1. in die festo pasche, qui est 136. de tempore.

Hieronymus in Marcum cap. 16. Post sabbata tristitia felix irradiat dies, que primatum in diebus tenet, luce prima in eo lucente, et domino in eo cum triumpho resurgente, et dicante: Hęc est dies etc. idem Matt. 28. Angelus venit custos sepulchri domini, et in vestitu candido signat gloriam triumphantis. Stola candida vera letitia est hoste depulso, regno que adepti, rege pacis quesito, invento, et nunquam dimisso. idem vbi supra in Marcum. vbi multa alia inruit, ex quibus ostenditur Sanc diem eternitatis pretulisse figuram. ideo quippe non infantem, non senem,

Triumphus
Christi
in Palmarum.

Resurrectio
vniuersalis
est dies
resurrectionis.

Cant. 1. A.

Ioan. 8. 56.

De es de resurrectione
vniuersali
diei domini
ca.
Peregrinus
Lorinus
Augustinus
Hęc dies
mater est
dierum.

Nota.

Vni octaua

Tempus octauę
diei

Hieronymus

Dominica
eternitatis
typus.

198.




sed iuuenem iucundum etate, mulieribus querentibus Christum apparuisse; quem visum ostenderunt: quoniam is iuuenis formam resurgentium ad illam vitam preberet, cuius eterna bona, neque oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Preterea ex radice amara crucis, que evanuit, florem cum fructibus erupisse, id est eum, qui iacuit in morte, in gloria surrexisse, et alia, que si vis, consule.

199.

Nisenus oratione 3. de festo sancto Pasche, celebritatem illius communem que cunctorum in eo letitiam describens, confirmat presentis psalmi isto versiculo: Sortaturus ut exultent, et letentur non ebrietatibus, et comessationibus, non choreis, et de bacchationibus insanis, sed diuinis, ac Deo convenientibus cogitationibus. Denique ait ipsa imitatione presentem diem ad futurum recte referri, atque comparari, nempe resurrectionis, ac iudicij generalis, quoniam dies uterque hominum congregator est, ille uniuersorum, hic singularium. 7

Quid dies primus ante Xpi passionem vocabatur, propter domini resurrectionem Dominicus deinceps appellatus est; ut refert Iurrianus noster l. 4. contra Magdeb. c. 7. ex Eusebio. In const. Apost. lib. 7. c. 31. et 37. Clemens Romanus scribit omnem Dominicum Resurrectioni domini dicatum diem. idem testatur Ignacius, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, et Cyrill. Alexan. Justin. Leo, et alij. ideo insibita olim genuflexio die dominica, ut patet ex Conc. Niceno, et ex Justino, Tert. Hieronym. Amb. August. (quoscitat Lorinus) quimos, ut oratio fieret stando durauit usque ad Alexand. 3. et nostris diebus à Clemente 8. renouatus est. De est hic 200. N.

Nisenus
Quomodo
drania
resurrectio
Iurrianus
Clemens
Ignacius
omnis
nisi
die
Lorinus
Clemens



...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...

1717

[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly in Latin or French, covering the majority of the page. The text is heavily obscured by diagonal ink scribbles.]

289

THEORIA. 7. In V. 2.

Circa illa verba Ecclesie Galatia

Siquidem Christi sponsa, hoc est, Ecclesia una est, etiam per
 varias regiones terrarum, marisq; insulas diffusa, atq; dila-
 tata omniuerso orbe, quid Paulus numero multitudinis ~~unius~~^{unius}
 hoc loco scribens ad Galatia Ecclesias, quasi vnaprovinciam in
 multas diuisa esset Ecclesias. Non nisi dixerat in se solo, sed
 maioris lucis causa hanc Theoriam subdendam arbitrari
 sumus. In qua breuiter nonnulla sunt notata digna. Primum
 hoc assero, Ecclesiam Romanam, eandem q; Catholicam, seu
 vniuersalem, vnam a b; q; dubio esse, ac no-
 minari; Non ideo, quod vno conclusa sit loco: multa nempe
 regna, imperia, terras, maria, variae q; in suis generis, atque
 nationes, linguas q; diuersas complectitur: sed certis alijs,
 plurimis q; rationibus, quas breui compendio subnecto. Est
 nimirum Ecclesia vna, quae ab vno capite Christo pendet,
 eius q; influxum in orbem recipit gratia, sicut a vite palmi-
 tis: vnum etiam Christi vicarium exterius recognoscit, ac ve-
 neratur, summum scilicet Pontificem Romanum, vnam fi-
 dem tenet, cui in nititur, vnam spem gloriae, ad quam tendit,
 vnam charitatem, cuius suauitate vinculi colligatur, eiusque
 corporis varia membra conuersa, et conuicta inuolantur.
 Vnum praeterea sacramentum sortita est, quo veritas et sagina-
 tur, et caritur: eisdem sacramentis virtus, quibus iuuatur: eos-
 dem ritus exercet, quibus vnum Deum colit, eadum ~~conuictum~~^{conuictum}
 ceremoniam, quibus sancte, et studere incumbit: ac tam digne
 vnum, eundem q; Spiritum Sanctum, quo vivificatur, quo q;
 amonem vnam Deum Patrem confidenter invocat, complexum,
 et inimice super omnia ~~curam~~^{curam} curam. In deo itaq; seruen-
 et acceptione Galatia cum tota Graecia, cum Hispania, cum
 Italia, cum q; vniuersis regionibus ac provincijs remotis
 Non solum veteris, sed noui orbis, hoc est, non Europa, Africa,

211

Cur dictum est
Ecclesie, non Ec-
clesia?

Ecclesia vniuersa
sola vna est.

Causa ob quam
ecclesia vna di-
citur.

...
...
...
...
...

...
...
...
...
...

A quo abluuntur & renou-
antur; Vnum eucharisti-
cum panem nasci est,

215

215

212



et Asia tantum, verum et super reposita America, quæ
 duæ aquarum tractibus, et immenso oceano à nobis diuisa,
 etiam antiquos homines, hoc est, nostros maiores latuit, ad
 unam, eandemq. Romanam, et Catholicam ecclesiam (quod
 nemo dubitat) pertinere. Verum tamen cum Societas
 christiana corpus, non solum eorum generi, sed etiam Sono
 generi corpore similitudinem habeat, et analogiam, hinc
 fit, ut partes habeat, ~~quæ~~ quæ suo quodam iure, ipsæ
 etiam ecclesie nomine gaudent. sicut enim pars aquæ aqua,
 et pars terre, ^{terra} nominatur, sic item membrum, seu pars
 vniuersalis ecclesie ecclesia potest, et debet nominari.
 Hinc fit, ut non modo prouincie integræ, et regionis
 maxima, sed et singulas, et minutissimas partes ciui-
 tatis, nec solum episcopatus, et dioceses, sed parues etiam
 domos, quæ plures continent fideles, appellamus ecclesias.
 Itaq. sicut dicuntur ecclesia Toletana, Bracarensis, His-
 palensis, Compostellana, Valentina, Cesaraugustana,
 Barchinonensis, quæ velut septem sunt columnæ verita-
 tis, et fidei in Hispania, quæ ecclesiam Romanam
 sustinent, et magnifice iuuant: sic dixit Apostolus Paulus
 ecclesiamque et corinthi. 1. cor. 12. et Petrus. 1. Can. 5. 13. quæ et
in Babylone et Rom. 16. quæ et in Cenchris. et in Damasco. sic Abel.
19. 22. cum constitutum per singulas ecclesias presbiteros
et Rom. 1. 6. saluant vos omnes ecclesie per Christum.
et Ps. 135. et sic ecclesie Galatia. et Ps. 25. in
ecclesie benedicam te domine. et Ps. 67. in ecclesie benedi-
cat deo domino. quæ prospera dixerunt de tempore christi-
anorum. Insignis locus Cant. 6. 8. una est columba mea,
perfecta mea, una mater mea et mater generis sui. quod
 de ecclesia Catholica Romana unitatis perfectione, et sancti-
 tate videtur, quæ matrem, et genericam agnoscit ecclesiam
 et regnam iherusalem, quam ceteræ ecclesie laudant, et beatant

quæ et in Cenchris
 et in Damasco

quæ et in Cenchris
 et in Damasco

quæ et in Cenchris
 et in Damasco

quæ et in Cenchris
 et in Damasco

1. Corinth. 12.
 1. Pet. 5. 13.
 Roman. 16. 1.
 Act. 14. 22.
 Rom. 16. 16.

Ps. 25. 67. 27.

Cant. 6. 8.
 Applicatur
 et applicatur
 hic loci.

213.
 215

¶

531

pariam. que nominibus exprimitur regnum, concubinarum
et ad hoc unum, procedenti v. 7 et sequenti 10. Nam ecclesia
Metropolitana, sive sedes episcopatus, ad quam regimen, et
gubernatio pertinet, dicitur regina; Paroecia vero quibus per
fidei personis, quibus animarum in am sit sollicitudo, et
cum appellatur concubina; que filios dei parit, et
nutrit, sed singula domus et congregatione ad se unum
locum nominem significantur.

Eadem unitas ecclesie uniuersalis, et varietas particularium
ecclesiarum etiam significata est apud Mattheum in parabola
illa, ubi decem Virgines partim prudentes, partim fatue exie-
runt sibi iam sponso in sponsa. Itaq; sponsa, que una est
ecclesiam catholicam Romanam representat, hae Regina,
que assistit a dextris Christi. Et 44. 10. decem virginum nu-
mero post perfectum, representant reliquas omnes ecclesias,
que eodem Dr. 4. 4. dicuntur regina regni. Adducuntur regi
virginis post eam, proxima eius afferentur tibi. Virgini no-
men cuiuslibet ecclesie, sive uniuersalis, sive particulari apte
congruit, secundum illud. 2. cor. 11. 2. Respondi enim vobis viri
tiro virginum castam ex Sibere Christo, proxima vobis di-
cuntur ecclesie minores, que coniuncte sunt, etq; unite per
fidem cum Romana vel So. doxa ecclesia; ut excludantur
congregationes, et secte Sathanicorum, seu reprobatorum, quippe
qua diuina sunt, et ab uno ab ecclesia haemere complexu.

Sacramentum Eucharistiae solum seu signum unitatis eccle-
siae catholicae existit. Nam sicut unus est panis, quo omnes Ca-
tholici vescuntur, unus sibi est Christus, qui est panis viuus, qui
de caelo descendit; ita omnis multitudo, et collectio Christi-
anorum, qui illum sumunt, unum quidem est, unum videli-
cet corpus Christi, sive unus Christus. Et non conuer-
titur sic panis in substantiam eius, quam alit, et nutrit, sed
potius in se diuinitatem sumunt, et comedon tem. cum autem

214.

Handwritten notes in the right margin, partially illegible.

215

215.

215



Matth. 25. 1.
Parabola virgi-
num decem.

Ps. 44. 10. 15.

2. Corinths. 11. 2.

Haretiis & schiz-
maticis separati-
ab unitate Ecclesie.

Sacramentum
Eucharistiae se-
gnificat unita-
tem ecclesiae.
Joan. 6.

Panis Eucharistiae
conuertit in se in
mentem.

Christus est unus, unum est, ut qui cum in eius sunt corpus
 conuersi, unum sint, unum & faciunt, sive Christum, sive corpus
 Christi. Unde Paulus, unus panis, et unum corpus, inquit, multi
sumus omnes, qui de uno pane, et de uno calice participamus.
 At attende omnes hostias, ^{quod} consecratas, quousque nomen sumus,
 unum sacramentum Eucharistia officii, quia unum Christi
 corpus continent; nisi loquimur in varijs locis consecratum
 et distinctis in templis proprium idem nomen Christi corpus
 per ordinem ad distinctas hostias officii plura numero
 Eucharistia sacramenta. Nam ratione specierum di-
 uersa numero sacramenta Eucharistia sunt, quod in tem-
 plo maximo et tamen tot dicuntur facta baptisima
 ta, quot Somini fuerunt, non modo diuersis in locis
 sed in eodem, diuerso tempore baptismati initiati, ita licet
 Eucharistia unum sit sacramentum, tamen quot Somini sus-
 ceperunt, tot hostie consumpta, et totidem sacramenta
 Eucharistia numero imponta dicuntur.

Omnes unum
sumus in Christi

1. cor. 10.
17.

† Equod in minore Alio
 templo beatorum dum
 populo extra taberna-
 culum circumstantibus
 humilibus propositur,
 sicut enim Sacramen-
 tum Baptismi unum est.
 Epk. 4. Unum bapty-
ma.

216.

Secundum aduersus Lutesum assero, satis in ep. illum
 uediam insipienter uolui concludere ex hoc loco totum
 dam ex ecclesia excommunicandi consuetudinem et aut sou-
 tationem, eum in apostolus deficientes in fide Galatas, non modo
 non legit anathemate percussus, ut meriti uidebantur, uerum
 et nomine afflicendus esse iudicialiter decreuit, cum dixit
Eulerijs Galatis i. sanctis congregationibus Galatie. Atta-
men, ut opinor, minime uideat hereticum sic inuentos, atq;
defraios, neq; omnes Galatas hoc errore deceptos, neq; eos qui
capiti fuerant, si qui tales omnino fuerint, etiam tunc post
monitionem necessariam in errorem peruenisse pertinaces, et obsti-
tinatos. Nam profecto neq; inuocari, neq; non admoniti ex-
communicari in ecclesia conueniunt.

1. ut serui
tatur.

215

217

Hinc ego tertium meliorem cum uoluntate pariter argue-
 pier



pierrissimo Dato nostro Alfonso salmerone Totano, sim-
 plium, sinceram, omni q. suis suo alienam salutandi
 rationem, qua vsus est Apostolus, doctrinam ex Cui-
 tione reipublica per viliem. Ex quo discernit ambrosios ti-
 tulos, inanes, et vanas literarum superscriptiones, procul
 amandari, et ^{relegare} ~~relegare~~ ad usum, et pietate Christiana. Lau-
 di q. et gloria, Philippo. II. Hispaniarum Regi, maxi-
 male dicit, quod lege lata, quam promaticam vocant hui-
 causit ab usui prudentissime, et tamq. iniectione feno licen-
 tia populorum, ambitionem coarctavit, que iam adeo incre-
 brecebat, et extra eorum, ut dicitur, ^{exiligerat} ~~exiligerat~~, ut vel
 ipsi sutores, sartores, coqui, stabularij, siue serui, siue sexui-
 cum artium sectatores, coqui, ea iam Sonorum epicta de-
 restarent, quasi suis mixtis inferiora, que olim vel
 nobilibus duntaxat, vel vni Regi debita uscebantur. No-
 iam magnifico, sed illustri, imo valde illustri mecani-
 ci Somnes appellari affectabant, o demeritiam stupore
 dignam. Prudentis nominis, ac titulo non immerito pot-
 matum Sic. Dexta caroris regibus diruenitur, quem si
 subsequenter imitari volunt reges, illi prudentissime si-
 militer fecerint, si quidem Suis radice, in britianis inq.
 reliquas fibris nouis, ac isanis praeidere legibus per-
 reuunt, nec vestimentorum duntaxat, ornatus q. nimios
 sumptus prohibuerint, sed recens ab usui capillorum, inuentum
 ab Italicis fere deminatum in Hispanos, demedio om-
 nino substituerint, ac si quid illud mon. su pariat, collent,
 aut inter ^{limis, vel inq. huius} ~~limis, vel inq. huius~~ relegandos huiusmodi imitatores
 faminarum cunites, ac cinematos, aut certe in Africa
 ac Mauritania ory, ne Cui tione pietati atq. modestie
 efficiant prauo exemplo, atq. effeminata libertate. Fami-
 nisciam, ac Viri illud pronomem honoris. (Don Hispani

Alfonso salme
 non Tolentini
 Societatis lega
 Theologus et
 Conciliaris exi
 mius tempore
 primus decan

Philippi. II.
 lex modestia.

Titularum mutata
 consuetudo.

Ab usui relegam. dng
 Seno ex Hispania.

Cincinnati
 efaminati.

F. S.

diant) non nisi cum nobilitate concedendum esset, cum iam
 hoc nomen pedissequa, (quod feram esse notandum) vorum
 et scorta tam licentia sibi vendicant, ut nequea ex illo
 dominam a famula, illustrem, ac nobilem ab inquinata
 & vulgari puerne. Tollit sinceritas Christiana titulum
 ampullas, ambitionis. Cristas resecat, tempora in potentia
 in modum, prout. Quod si quando viis sancti cuiusmodi ap-
 pellationibus, uti concurreunt, non nisi magna causa, et
 Sinceritate, quae sapientie parum est, id facile credimus esse.
 Vide Salmeronum citatum supra in ad Rom. 1. Disp. 7. Pace
 tamen tanti Patris diximus Romanorum titulos Quirites
Pater conscripti &c. ex antiquitate, ut ego opinor, dignita-
 tem acquisivisse, alioquin, neq. a nobilitate inuentos, sed in-
 cere introductos. Neq. vero Sic. dignitatum nomina, quod
 Lex non facit, a nobis taxata male, aut parum tam nata
 intelligi volumus. Manent illa in sua antiquitate sancta,
 ac pura ab omni lae, ce. nota.

Sinceritas Chri-
 stiana.

Salmeron.

213.

P. B. Pereira cuius non exigua laus in scriptis sacris Audi-
 dandis, in Gen. 17. v. 11. et. seq. Disp. 7. in iudicis est in eos qui
cum Christiani sint, tamen Petri nominum, vel im-
piorum etiam, ac improborum, et sceleratorum, filij suis in deo
consueverunt. que reprehensio Italos potissimum tangit, qui
 vix cum pietate Christiana, ambitionem Romano antiqui-
 tatis deponunt, recipiunt. Camellorum, Horatensium nu-
 mina jactabundi renouant, cum tamen saltem Aposto-
 licum, ac Margrum, qui novam, veram, ac felicissimam glo-
 riam ex debellato imperio, et ad Christum translati reciderunt,
 multo magis deberent. Suum nominibus assumptis gloriam,
 quorum patrocinio, ac protectione ad immarcescibilem, et eternam
 beatitudinem gloriam, licet pervenire. Religiosius in hac re
 quondam Abrahamide, qui Gentium nominibus aliquem
 suorum

P. Benedicti Per-
 laus in sacris
 scriptis illustrat

§

suorum appellari impietas ducunt et execrandum

IN V. 3. SCOL.

Gratia vobis. praesertim superscriptio, subrequitur saluatio. Et-
nim licet vni Graecorum, Romanorum, et fere omnium
nationum obtineat, ut superscriptio, prioribus versibus duo-
bus explicata, sic compleatur Ecclisij Salutatio saluatiom dicit
vel saluatiom adij verbo, quod suppressi sapius solet, et forte de-
centius expressi, imo ipse accusatiuus, quia facile subintelligi-
tur praetermitti etiam consuevit, quod Apostolus sic et alibi se-
quutus est, tamen quasi saluatiomom minime praemississet mu-
tata forma dicendi, et nouam in eodam periodum, sic precatur
et optat Gratia vobis &c. Haec itaq; Apostolica saluatio, quatenus
in omnibus fere Paulus usurpauit epistolis, praeterquam ad Thebes-
cur autem ibi omiserit, et superscriptionem, et saluatiomem
non est Suis loci explicans. Eide illius epistole expositores.

1.

Gratia vobis &c. Sic verbum etiam subaudi sit, vel adpit
aut detur, seu adueniat, sicut est expressit in suis Cathedrali (s. Petrus)
adimpleatur, seu multiplicetur; (verbum Graecum idem utroq;
πληθύνω) aut etiam abun-de quod habet epistola omnium
nomine Apostolorum scripta apud Rom. Quae qui subintelli-
gunt, est, per enunciationem, nam per optationem locutionem arbi-
trati sunt Apostolus, sed nisi cum optimis auctoribus
Jo. Maldonatus, et Fran. Tolera Cardinali, singulare B.
Mariae semper virginis, ac dei generatricis privilegium videtur,
ut per enunciationem fuerit saluata, Gratia plena dominus tecum
est, ubi non sine mysterio verbum subaudiendum relinquimus.
ut non solum, est, sed fuit vel erit subintelligi queat; ut vel
sic in sua saluatione aed angelus inuocatum vellet Matrem
dei futuram semper extitisse gratia plena, etiam in sub conceptio-
nis instanti, seu momento primo, numq; ab ea abfuisse
Dominum, sed omni temporis differentia, cum ea man-
sisset benedictionem & gratiam communicande. Alij haec
saluationis verba optatiua sunt, ut Luca 2. 4. Dominus

2.



Superscriptio
qualis esse debet.

Optatio.

quid suppletur

1. Pet. 1. 2.
2. Pet. 1. 2.

1. Cor. 1.
Apost. c. 1.

Maldonatus
Tolera Cardinali
Gratia plenitudo
enunciatur Maria

In conceptio-
nis Mariae
Gratia plena.

Luca 2. 4.
Optatiua

vobiscum. et Iud. 6. 12. Dominus tecum victorum fortissime.
 Et in fine huius epist. gratia D. N. cum spiritu vobis fratres
 Amum optat itaq. Apostolus Gratiam dari Sic, qui non
 habeant, habentibus vero conservari, atq. augeri; simili-
 ter et pacem. sive per Dumarius et Bunoconens, q. qui pe-
 carunt, optat secundam remissionem (prima fit in bap-
 tismo) q. qui permanserunt in bono, persecutantur.

Judic. 6. 12

Primasius
Byano.

3.

An fuerit ita efficax Sac. apostolica benedictio, ut effectum
 conyoretur sortita, ex eo intelligitur precepto, quod Sic pre-
 tat Apostolus, quodq. Dominus cui iniunxit, cum ad euan-
 gelium predicandum misset, ut Sabes Math. 10. 12. et Lu-
 10. 6. primum, inquit, dicit. Pax Sui Domui, et addit, si
 ibi fuerit filius pacis requiescat super illum, pax vestra. i.
 rata erit, efficax q. salutationis benedictio, si non autem ad
 vos revertetur. i. nihil vos amiseritis, licet indignus non
 receperit pacem, ad vos redibit. idiotismu, quo ad Hispani
 utuntur, valde est secundo. i. in loquutione vultu amelo, q.
 no aurum perdidit nada. Ita sequenter dicitur, Mito date
 salutem, sive pacem, si noluerit admitti, ad me remitte.
 non propterea me pacis salutem faciam; in pau manibo.
 Ergo non minus efficax Sac. benedictio Apostolica, q. illa
 parricidarum, q. mortui filijs impetrati sunt. Nec
 utiq. ad benigneantem vacua revertit. v. q. est, ut de verbo
 Cornini testatur Irai. 55. 11. v.

Math. 10. 12
Luc. 10. 6.

Idiotismu.

Isa. 55. 11.

4.

Gratia vobis et pax. S. Th. hoc bonum desideratum.
 Desiderat autem Galatis Apostolus, nihil profanum, aut
 caducum, ut erat fuit Metonius, salutis aut pacis nomi-
 ne desiderare; sed quod diuinum est, atq. eternum, omnia
 nimirum spiritualia bona. Nam Gratia que secundum
 Glos. est remissio peccati, qua scilicet peccati morimus, ini-
 tium est vite spiritualis, atq. beate; pax vero, i. quies
 mentis in fine (et secundum eandem Glos. reconciliatio
 cum Deo) finis est, et expressio eiusdem spiritualis
 atq. beate vite. Itaq. inter Sac. quo extrema reliqua

S. Thoma

Glossa.
Gratia quid?
Pax quid?

Gratia et pax
initium et finis
spiritualis vite



om

12
Donna omnia sub
gratia & pace.
2p. 33. 12.

Gratia gratum
facient secum
omnes gratias
habent
Pax pax om
ne desiderium
sahat.

12
Gratia & Pax au
guri possunt.

Pax salubris
apud Hebræos.

Christus die re
surrectiois sa:
lute dicitur lo:
pacem precatur.
Ioan. 20. 19. 21. 26.

Hispanorum
mor.
1. Reg. 16. 4.
3. Reg. 2. 15.

Chrysostomus.
Quid Paulus gra
tia si pacis nomi
ne pollicetur.

omnia subintelliguntur bona ac dona sancti, ac divini
spiritus. sic in Ps. 88. Gratiam, et gloriam dabit Dominus.
Et absq; dubio quæquid viribus auris continetur ex
tremis. De gratia gratum faciente, qd reliqua carissima
ta sequuntur, et gratiarum omnium species committuntur; de
pace etiam perfecta, et consummata, quo omni desi desium sa
tiat, uniuersisq; bellorum cauris ostium occludit, præcipue
a potissime intelligendum apostolum euidet. optationi
emin qui paxonibus terminum. Nisi itaq; ius præscribere
nt. Certum quippe est pro hoc statu mortalitatis, et gra
tiam, et pacem (q; tum possit cogitare) summam; ad huc
tamur augeri posse, et amplificari.

Hanc salutandi rationem per pacis nomen commu
nem fuisse apud Hebræos certum est, qua illi omnem
belli, aut inimicitia suspicionem auferre volebant, abiq;
quos obuios sabuerunt. Unde et Christus congruenter ad
consuetudinem patris salutandi dicitur, cum a d. eoz januis
clauis introgressus die resurrectionis medius stans pax,
inquit, vobis, q. d. non bellum vobis est, sed pax, quare
addidit. ego sum nolite timere. Eandem consuetudinem
tenent Hispani, qui rubro obuiam alicui facti, præsertim
noctu, et in tenebris, interrogati q. qui sit? respondunt Pa
cis de latro. et suo, idiomate. quoniam va. gende de pax. quo
responso omnia tuta, et nihil à bello timere dicitur pollicentur.
sic. 1. Reg. 16. 4. et. 3. Reg. 2. 15. Pacificus Ne est innoxius
tuus? Respondit. Pacificus. sic itaq; euangelici præcones Pacem
offerunt, et impetrant, (ut Dei legati) tranquillitatem (ut
ait Chrysostomus) et bellorum finem offerunt. Quod clari
us offert Paulus gratiam offensarum, iniquitatumq; præden
tium, et pacem à Deo deprecans, atq; promittens. Pax nem
pe à Deo omnium bellorum timorem auertit, securitatem
q; immittit in animos. sed de gratia et Pace vide infra.



Theoriam, ubilatisime de his agimus, et varia placita interpretumq; expositiones varias proponimus: interim brevitex sic Sabetur. **Elogium Gratia.**

6.

